

HUMILLIMA IMPLORATIO

Prô

RESTITUTIONE IN INTEGRUM  
ADVERSUS SENTENTIAM 23. JAN. 1739.  
LATAM, CUM DEDUCTIONE CAUSA-  
LIUM EX ADJUNCTIS NOVIS DOCU-  
MENTIS DE PROMPTORUM ANNEXO  
PETITO LEGALI

In Cauſa

DOMINI COMITIS  
DE STUBICK

CONTRA

DOMINUM COMITEM  
DE BATTYANI

*Appellationis Decisæ,*

*Nunc*

*Petitæ Restitutionis in  
integrum.*

1739  
1740  
1741  
1742

HUMILISSIMA IMPLORATIO

P. 10

RESTITUTIONE IN INTEGRUM

ADVERSUS SENTENTIAM 23 JAN. 1739.

LATAM CUM DEDUCTIONE CAUSA-

LUM EX ADIUNCTIS NOVIS DOCTI-

MENTIS DE PROMPTORIUM ANNEXO

REPTO REGALI

In Causa

DOMINI COMITIS

DE STUBICK

CÖWTRN

DOMINUM COMITEM

DE BATTYANI

Appellationis Decise

Nunc

Petite Restitutionis

integrum



W

W

W



thy:  
iden  
obit  
Con  
mo  
hoc  
min  
pra

mis  
agit  
par  
Ap  
pen  
hab  
rep

run  
ma  
Sci  
173  
fi  
eff  
non



Illustrissime & Excellentissime Domine  
S. R. J. Comes, Sacrae Imperialis Camerae  
Judex æquissime,  
Domine Clementissime



Uandoquidem S. R. J. Constitutiones  
Læsis, aliòvè modò Gravatis per aliquam  
hujus Archi Dicasterii Sententiam, Beneficium  
Restitutionis in integrum, quò Gravamina  
reparari, & LæSIONES restaurari possint, cle-  
menter indulgeant; Hinc D. Carolus Josephus  
Comes de Stubick, enormissimè gravatum se  
sentiens per Sententiam ab hoc Archi-  
dicasterio Favore D. Comitis Eugenii de Bat-

thyani, seu Domini Comitis Patris ejus, publicatam die 23. Jan. 1739. ad  
idem Restitutionis Beneficium, à summa æquitate sacrae hujus Camerae  
obtinendum, se unà cum Advocato Causa, in Conformitatem Decreti  
Communis de 7. Julii 1672. ad Juramentum Restitutionis in integrum non  
modò offert, sed infrascriptus dicti Domini Comitis Mandatarius etiam  
hocce, vigore Mandati specialis hic sub Num. 1. juncti, in animam Do. Num. 1.  
mini sui Principalis & Advocati Causa, nec non propriam, confestim  
præstare paratus est, quò præviò;

In primis exponit, qualiter non nisi subdolè & præcipitanter ni-  
mis, Agentes dicti Domini Comitis de Batthyani, Sententiam de qua  
agitur, sollicitaverint, non solum sub motivo, quasi nihil ulterius pro  
parte sua producere velle confiteretur, vel confessus esset D. Comes  
Appellans, sed etiam cum aperta Calumnia, quod idem D. Appellans,  
pendente Lite devastaret Sylvas; hic est enim Tenor Recessus oralis exò  
habiti die 16. Jan. 1739. per D. Licentiatum Lang, cujus sit in proficuis  
reproductio sub Num. 2.

Num. 2.

Quæ tamen accusatio, quantoperè falsa sit & fuerit, probat nupe-  
rum Attestatum integræ Curia seu Justitiæ dicti Loci de Farcienes For-  
maliter & directo contrarium testantis, addendo prægnantissimas Causas  
Scientiæ suæ, uti hic sub Num. 3. videre est, quod Attestatum de 29. Jan. Num. 3.  
1739. ante Sententiam novissimam, pro convincendo mendacio editum fuisset,  
si Domino Comiti de Stubick Appellanti, tempus modicum hunc ad  
effectum fuisset indultum vel relictum, sed pars adversa isto modo suum  
non habuisset intentum.

1739

Exponit 2. qualiter nunc constet de Testamento seu Codicillo Illustrissimæ Domine Mariæ Philippinæ Principissæ de Longueval, Comitissæ de Bucquoy in primis Nuptiis sponsæ Illustrissimi Domini Comitis de Waldstein, in secundis autem sponsæ Illustrissimi Domini Caroli Josephi Comitis de Stubick.

Quod Testamentum seu Codicillum ab ea conditum sub 13. Mensis Augusti 1734. & renovatum die 18. ejusdem mensis & anni coram Notario & testibus, fuit demum post mortem supra fatæ Domine secutam die 28. Decembris 1738. apertum die 2. Mensis Januarii 1739. coram Judice territoriali juxta adjunctum sub Num. 4.

Num. 4.

In quo suo Codicillo dicta Domina Testatrix Avia Domini Comitis Eugenii de Batthyani, cujus nomine D. Pater ejus Carolus Comes de Batthyani Litem hanc intraduxit, eundem Comitem Eugenium suum in Parte hæredem per hæc verba instituit

„ Quo ad Articulum 8. quandoquidem placuerit Deo, avocare ad se dilectissimam meam Filiam Annam Barbaram Comissam de Waldstein, ante hæc sponsam Domini Comitis de Batthyani, cui reliqueram supradicto Articulo octavo dicti Testamenti medietatem Bonorum meorum existentium in Regno Bohemæ, intelligo, ut Comes Eugenius de Batthyani eorum Filius & Nepos meus succedat eò intuitu in locum & gradum defunctæ suæ matris, instituendo eundem in dictâ medietate Bonorum meorum, tam mobilium, quàm immobilium fitorum in Bohemia.

Additâ ibidem per Dominam Testatricem expressâ Lege, ut ne ulterius Donatio eatenus contentiosa, nullatenus impugnaretur, teste clausula sequenti.

De cætero ratifico rursus Donationem, quam feci dicto meo sponso Terræ & Domini de Faciens & Terqnies, cum omnibus suis Pertinentiis & Appendicibus, Censualibus, Feudalibus ac Allodialibus, volens, ut dictus meus sponso eis fruatur, & frui continuet plênô jure, non obstantibus omnibus Oppositionibus hæcenus factis ex & sub nomine mei Nepotis, scilicet Domini Comitis Eugenii Nepotis ex filia Domine Mariæ Philippinæ,

Per quem proindè Codicillum mutata fuit rerum facies, & istorum Agentium debitum fuit omnino supersedere in progressu illius litis, usque dum exploratam haberent Dominorum suorum Principalium intentionem. Juris enim est notorii, quod Hæres implere debeat voluntatem defuncti, & ratum teneatur habere id, quod à defuncto gestum est, etiamsi propriâ suâ Personâ, proprioque jure niteretur, undè etiam notissimum est, quod Testator de rebus hæredis perindè ac de suis disponere potest.

L. 67. §. 5. de Legat. secundo

L. 77. §. 31. ff. eodem.

Ex quibus perspicuum est, quod Agentes adversarii, quibus non fuit ignota mors Domine Mariæ Philippinæ, Causam revindicatoriam dictorum Dominorum de Farcienes & Tergni es, in hac Imperiali Camera prosequi, & sententiam clam & à tergo sollicitare non debuissent, Quamdiu nec eis, nec Patri, nec Judici constabat, præfatum Comitem Carolum Patrem ejus, Mariæ Philippinæ Testatrix Testamentum vel Codicillum repudiasse, vel saltem nonnisi exploratâ & præcognitâ mente Dominorum suorum Principalium: De quibus stat interim præ-

præsumptio, quod Domina Avia suæ voluntatem implere, adeoque ab hac lite & Contentione circa Donationem de qua in actis, desistere potius velint.

Unde fit, quod abstrahendo etiam ab aliis meritis causæ principalis nata sit Domino Appellanti nova Exceptio peremptoria ex Testamento nuper aperto, undequaque repellens Agentem, quamdiu Testamentum Avia per omnia repudiasset non docuerit. Quæ quidem Exceptio ex novis & noviter Repertis, omnino fundat Beneficium postulata nunc Restitutionis.

Tanto magis, quod non potuerit de ea Exceptione prius doceri, cum propter angustiam temporis inter diem Aperturæ dicti Codicilli & Sententiam à qua, intra quem Terminum vix Exemplaria necessaria, quorum unum ad Civitatem Pragensem (ubi primum dictæ Testatrix Testamentum reconditum est) confici, & in Linguam latinam verti, & dein transmitti, alterum verò coram hac Sacra Camera producendum, parari debuit, confici potuerunt; tum, quod accelerandæ, si fieri potuisset, istius productionis, nulla suberat ratio in statu, quo Causa versabatur, scilicet in materia purgationis attentatorum, quæ juxta sui naturam, jure credebatur ulteriorem sistere debere progressum in Causa principali.

Etenim in ipso suo Recessu orali supra mentionato de 16. Jan. 1739. agnovit Dominus Licentiatus Lang, pendere super Attentatis Quæstionem, & Appellantem ei ante omnia inherere, & pro purgatione eorundem ferventer instare, Unde simul manifestatur apertum gravamen, quod justam præbet restitutionis causam parti Appellanti.

Siquidem huic etiam dicasterio notum erat, qualiter post relaxatos, Appellantis favore Processus plenarios, fuerit quidem denegatum Proclama per sententiam primâ Aprilis 1737. latam, sub motivo non rite factæ Insinuationis, sed quod ab ea Sententia Sacra Camera Recessum fecerit paucis post diebus, videlicet duodecimâ ejusdem Mensis Aprilis 1737.

Intra quod tamen tempus, pars appellata, more suo, violenter & præcipitanter procedens, ne reproductâ quidem apud Judices à quibus, illâ sententiâ denegatoria de prima Aprilis, nec citatâ, vel monitâ parte, coadunatis autem hominibus Possessionem Bonorum de quibus, instrumentaliter apprehendit, & quosdam Actus possessorias exercuit, seu exercuisse prætendit.

„Emissis signanter in Appellantis Debitores & Colonos Inhibitionibus, ne sua Debita & Debenda alteri, quam prætenso novo Possessori, vel Mandatariis ejus persolverent.

Notum etiam erat, quali pertinaciâ eadem Pars appellata adeo factis suis inhereret, ut etiam post relaxatum sub die 12. April. Proclama, Exceptionem Desertionis Causæ obmoverit, & mordicus in ea hic perstiterit, cum formali desuper Contestatione, ut ad plenum Senatum res deferri debuerit, à quo tantem prodiit sententia sub dato 18. Mensis Martii 1738. obmotæ Desertionis rejectoria.

Porro nil aliud eò usque gestum erat ex parte Appellantis, præ instructione Causæ suæ in Principali, præter Productionem Libelli gravaminum cum suis adjunctis, & Editionem actorum priorum Instantiarum, adeo, ut nec pars Appellata isti quidem Libello gravaminum contradixisset, sicut nec hætenus fecit; Dominus Appellans verò reparationi dictorum, mediò inter denegationem & concessionem Proclamatæ tempore

porè gestorum, è quibus continuum patiebatur Detrimentum ( maxime propter emissas in Colonos suos Inhibitiones, ne sibi solverent ) unice inhaerebat, plurimis eo in puncto Supplicationibus die 8. Julii & 1. Septem. a. p. porrectis, super quibus de momento in momentum favorabile ab hac Imperiali Camera Remedium, qui supra Mandatarius instanter urgebit, & inelate expectabat.

Sed dolendum contigit in hisce Circumstantiis diem suum obire Illustrissimam Mariam Philippinam in Castro de Farciennes, sedecim circiter à Civitate Leodiensi leucis, adhuc remoto die scilicet 28. Decem. 1738.

Quam mortem dum plangit, & Defunctæ Justa persolvere parat D. Appellans, ecce, die 5. Jan. novissimi, importunè ad Castrum advenit quidam duobus stipatus satellitibus, qui nec indicatò suo nomine, ad superiores Partes ædium, quas Appellans incolebat, ascendit ex abrupto, ajens tantem, se resumptum venire tanquam Constitutum à nominato Andriensens Possessionem Castri & Bonorum de Farciennes nomine Domini Comitis de Batthyani, sicut ipse scripto tradidit, cum se dixisset nominari de Thier, atque etiam Notarium esse Cæsareum juxtà Syngrapham propriam ejusdem adjunctam sub Num. 5. cum ejus versione latina sub Num. 6.

Num. 5. &  
Num. 6.

Sanè autem non potuit Dominus Appellans, quin de hoc novo Attentato ulterius gravissimè conquereretur, tum emissà mox in eundem Notarium Protestatione de Attentatis, in dicta supplica de 13. Jan. a. c. allegata, tum apud sacram hanc Cameram, per iteratam humilimam Querelam & supplicationem ab infra scripto Mandatario ejus die 13. Jan. a. c. porrectam.

Et verò Mariæ Philippinæ mors, quæ supervenerat ( abstrahendo etiam à Testamento & Codicillo ejus ) causæ Appellationis statum nullatenus immutabat neque vim Inhibitionis Cæsareæ, ne lite, vel Appellatione pendente, quidquam attentaretur, infringebat; cum eadem uti prius Quæstio in Principali penderet de substantia Donationis, quam defuncta Maria Philippina Conjugi suo Comiti de Stubick inter vivos, jam anno 1730. fecerat, & quam Donationem sub Obtentu asserti Fideicommissi aviti, cassam & irritam pronunciari pars appellata cum ipso Donatario, ut verò & legitimo Contradictore, ac Bonorum donatorum Possessore contendebat.

Untè confidens Comes Appellans in summa hujus supremi Dicasterii æquitate & Zelo vindicandæ supremæ Cæsareæ Authoritatis Læse, nihil aliud, & jure quidem meritissimo expectabat, quam severam hujuscemodi priorum & recentiorum Attentatorum Cœrcitionem, vel saltem condignam reparationem prius decerni, quam in Principali ulterius Agenda ageret.

Dictantibus utique Juribus notissimis, quod Attentata ante omnia purganda sint, maxime ea, quæ altiorem indaginem non requirunt, nec à Causa principali dependent, quodquæ Attentatorum Causa, causæ principalis progressum sistat, & in quacunque parte Judicii possit postulari, imo etiam ex officio à Judice decerni, cum per Attentata hujusmodi non minus Majestas Judicis contempta, quam Jus Partis læsum foret.

Post hæc, nihilominus ex impræviso lata est Sententia die 27. ejusd. Mensis Januarii sub Num. 7. adjacens, adversus quam in integrum Restitutio nunc humilimè imploratur; Sententia inquam, quæ Attentata ex professo querelata prætermittens, materiam principalem, quæ in suspensò esse jure credebatur, directò aggreditur, nullâ facta ex hac parte specie

Con-

Conclusionis in *Causa*, nec dato *Terminò* peremptorio, ad allegandum ea, quæ pars appellans ulterius alleganda in *Principali* habebat.

Qui terminus ( quatenus fortè summus *D. Jydex* *Attentata* quæ postulatum erat, ante omnia revocari, vel in *Definitivam* reservare, vel omnino postponere statuisset ) omnino dandus credebatur, ne ex *Circumventionem* partis adversæ, inauditus, vel indefensus *D. Appellans* *Condemnationem* præmaturam subiret.

Cum vero non eo fine scriptæ sint *Leges & Doctrinz*, quæ de *Attentatorum* *Prærogativis* circumferuntur, ut quis incidat in *Deceptionem*, vel ut quis quasi ex abrupto condemnari possit in materia *principali*, dum jus dumtaxat postulat super *principali*, quod de jure con- quiescere facit *Causam Principalem*, ut est textus in *Capite 12*, in fine de *Sententia excommun.* in *6.* *Causam* eam præjudicalem prius omnibus tractari convenit.

*L. Fundi &c. & L. Fundum &c. ff. de Except.*

*L. 2. Cod. de Ordin. Cognit.*

*Graveta Cons. 519. Num. 8. & bene*

*Guerba Decis. 32. Num. 9.*

„ *Ubi in Casu.* Quo quis suâ fretus *Justitiâ*, quod in integrum „ *Restitutio* concedi non posset, condemnaretur quo ad *merita Causæ*, ille „ inquit sic deluderetur in *Defensionibus* suis, quas antea non tenebatur „ præsentare

Hinc etiam in *Casu* nostro, non tantum delusus, sed & enormissimè *Lasus* dicendus est *D. Comes* de *Stubick* *Appellans*, qui, dum *Sententiam*, vel aliam congruam provisionem urget adversus *attentata* *pendente Lite*, *Appellatione* & *Inhibitione* gesta per *Adversarium* suum, reservando sibi, eisdem purgatis, ulteriorem per *Argumenta & Instru- menta* nova *Causæ* suæ instructionem, mox velo levato, nulloque præ- vio *Decreto*, per quod *Attentatorum* *Quæstio* dici possit terminata, nec per quod dici posset *Conclusum* in *Causa* ex parte *Appellantis*, definitivè condemnatur.

Enim vero, ut simul constet re ipsa de *argumentis & Instrumentis* *suprà* mentionatis, quæ cum prioribus *Reformatorem* *Sententiam*, favore dicti *Domini Comitis* *Appellantis*, suo debuisset tempore *producere*. *Repetere* sufficit, quod *primarium* adversæ *Partis* fundamentum pro *irritatione* *Donationis* bona fide tactæ per *Mariam Philippinam* anno 1730. in favorem *Appellantis* *Conjugis* ejus *Consistat* in *asserto Instrumento* de anno 1608, quo altera pars *perpetuum & reale Fideicommissum* constitutum esse præten- dit, quo ad *Bona* de *Farcienne* illic memorata in *rem Descen- dentium* ab *Alberto* de *Longueval*; quod *Instrumentum* *multifariam* de- struitur.

Primò quidem ut *inauthenticum*, cum non sit nisi *simplex Copia* *Copia*, sive *sumptum de sumpto*, quod neutiquam venit attendendum, non *docto* de *originali*.

Secundò uti *innovatum* alio *posteriori Instrumento*, continente eorundem *Bonarum liberam*, *simplicemque* inter *vivos* *Donationem*, *nullis* *vinculis* *alligatam*.

Tertiò, uti *redditum* planè *inverisimile*, & *funditus* *revocatum* per *contrariam* *observantiam* *centum & ultra annorum*, *progrediendo* ab ipso *tempore*, quo *Albertus* de *Longueval* *Authrici* seu *Donatrici* suæ *successit*.

172

Quartò ut annullatum & Factum inefficax, ob defectum congruz Insinuationis, apud acta seu Registra ordinum patriæ Leodiensis, sicut infra demonstrabitur pro novo, nec amplius tactò argumento.

Quippè circa primum, hoc in jure certum est, quod Copia non probet absque Originali.

*L. 2. ff. de fide Instrum. Cap. fin. x. Cod.*

*Mev. part. 4. Decis. 391. Num. 1.*

*Coler. de proc. exec. ut part. 3. Cap. 1. Num. 44.*

*Covarruv. pract. Quest. 21. Num. 2.*

*Gratian. Discept. Cap. 899.*

*Parex. de Instrum. Edit. tit. 1. Resol. 3. §. 4. Num. 3.*

Id quod sic ampliatur, ut etiam, si plures vel centum Notarii exemplaverint, asserentes, se vidisse Originale, nihil tamen operabitur Exemplatio.

*Alciat. Conf. 103. Num. 9.*

Nec in Camera Imperiali admitti Exemplificationem per plures notarios factam, refert.

*Rut. Roland. in Tract. de commissar. part. 2. Lib. 5. Cap. 15.*

*Num. 7. & Cap. 26. Num. 8.*

Multo minus aliquid operabitur Exemplum Exempli

*Mench. Conf. 175. Num. 28.*

*Covarruv. pract. Quest. 21. Num. 4.*

*Mev. Lib. 5. tit. 6. Art. 3. Num. 1.*

Videamus autem, undè Instrumentum illud prætensum de anno 1608. descriptum, desumptum, vel exemplatum est. Ajunt Adversarii, illud descriptum esse ex Registris Curia feudalis Leodiensis, & quidem hoc ita esse conceditur: sed, quod ista Descriptio in Registris illius Curia facta fuerit ex ipso Originali, vel ab alio authentico Exemplari, id negatum est, & negatur adhuc. Tanto potiori jure, quod descriptor ille in Registris (cujus & nomen ipsum, & qualitas ignoratur) nequidem enunciative saltem scripserit, se vidisse, aut recognovisse vel originale ipsum, vel Copiam ejus authenticam. Quod insuper nec memoret, sibi notam fuisse manum, vel Characterem istius prætensi *van Asbrock*, qui sub nomine Magistratûs Bruxellensis signasse dicitur ut Secretarius: imò, nec dicat se vidisse ac recognovisse Sigillum istius Magistratûs, in prætenso Instrumento Originali impressum.

Et sic hoc unicum confici potest ex Registro Curia feudalis, quod scriptor ille Anonymus transcripserit absque alio Examine, in isto Registro Scripturam qualemcunque, quæ sibi fuit pro simplici Registratione, neutiquam vero pro adstruenda recognitione vel fide ejusdem scriptura præsentata.

Verum enimverò disertis verbis in facto verum & innegabile posuit Comes appellans in suo Libello gravaminum circa initium §. *presertim, quod in facto verum*. Quod, qui ad Secretariatum (etiam feudalem) deferunt acta vel Instrumenta registranda, non equidem compareant coram Curia vel Judice, sed solo dumtaxat Secretario vel Amanuensi, cui eas Scripturas extradant, ille vero taliter sibi præsentatas, mediantibus Juribus, absque alia Solennitate transcribat, & registret uti petitur; nequaquam sollicitus, an ex sint legales vel authentica; quoniam ad ejus non spectat officium desuper inquirere, sed registrare, & deinde suorum

Regist-



Registorum Copias à se subscriptas Requirentibus extradere, in fidem Registrationis à se facta.

Quapropter ipse Describens & Subscribens, nullam rei gesta, id est ipsius Instrumenti vel Contenti ejus fidem facit, sed simpliciter & nudè fidem facit suæ Registrationis; manentè cæteroquin illi Scripturæ registratæ, eà solâ fide, quoad rem gestam, quam aliundè mereri, vel consequi potest. Quemadmodum ex professo docet.

*De Mean obs. 146. Num. 4.*

Et ad hanc allegationem altera pars ne quidquam reposuit, minus negavit.

His igitur stantibus, verissimum & ineluctabile manet, quod assertum Instrumentum de anno 1608. (quale altera pars edidit in actis primæ Instantiæ sub dato 18. Maji 1733.) sit nudum Transumptum ex Registro Curiæ feudalis, in quo exemplificata vel registrata quidem fuit Copia præsentis alterius Scripturæ de anno 1608. sed quam ultimam non constat fuisse legalem id est Originalem vel authenticam.

Undè fit, quod simplex Extractus è Registro plenè incapax sit, ut fidem faciat rei gesta alicujus veri & legalis Instrumenti de anno 1608. cum istius rei gesta fides esse debeat penes Tabellionem, intereà dum apud Curie Actuarium solius Registrationis fides manet.

Et, ut palam sit ex abundantia, quàm modicum curæ sit istis Describtoribus, seu ut ajunt Registratoribus vel Realisatoribus, ut Instrumenta, quæ eis registranda præsentantur, habeant Requisita publici Instrumenti; hic sub Num 8. producitur scriptura ejusmodi realisata, seu Re-  
Num. 8.

Ex qua videre est, Registratores illos scripturam aliquam quasi pro Instrumento Pacti dotalis registrasse, & Realisationis formulam expressisse, tamen dicta Scriptura præsentè instrumentalis, ne diem quidem, nec mensem habeat, vel haberet, nec constaret dictam Scripturam fuisse unquam signatam ab illic nominato *Stiennon* Notario defuncto, in cujus etiam Protocollo non reperitur.

Id, quod per ocularem præsentis illius Instrumenti inspectionem demonstrat, ejusmodi Extensionibus in Registro nullam planè tribui, nec tribuendam esse fidem, dum principaliter agitur de re gesta alicujus Contractus inscripti, sed eam fidem pendere totam ab ipso Notario vel Secretario, qui ad recipiendum Contractum vel Instrumentum fuerit Originaliter rogatus; talis autem (ut suprascriptum est) non fuit ille Registrator vel Transcriptor in Registro feudali, quoad Scripturam de anno 1608. utpotè qui adhibitus duntaxat fuit ad registrandum Scripturas ab alio confectas, absque Cura vel onere, vera & legalia Instrumenta à falsis & illegalibus discernendi.

Undè fit, ut cum præsentis Quæstio principaliter moveatur super re gesta, seu Veritate Instrumenti de anno 1608. ea nullatenus exquirenda sit à Registratore nec à Registro: sed à Tabellione vel Secretario, cui Originalis illa Scriptura attribuitur; adeò ut semper requiratur, ut ejusdem Notarii vel Secretarii Signatura, aut sanè aliqua illius Copia, quæ legalis & authentica dici possit, producat; cum alias nulla fides esse queat Referenti vel describenti, nisi constet de Relato, seu de veritate ipsiusmet Descripti.

Notandum est igitur in Casu, primò quod Signatura nominati

1734

*Afrock*, quem supponimus fuisse Secretarium Urbis Bruxellensis, adeoque qualificatum ad recipienda vel subsignanda Instrumenta, quasi gesta coram Magistratu Bruxellensi, non sit ullatenus recognita, tanquam apposta in asserto Instrumento de anno 1608.

Secundò quod absque illa recognitione parum interfit, quid in Scriptura illa contineatur, quandoquidem ex Scriptura vel Signatura non recognita nihil probetur, sed ea Corpus maneat inanime; & ita profus inane ad probandum, quod coram Magistratu Bruxellensi celebratus unquam fuerit Contractus talis, qualis in Registro feudali Leodiensi descriptus quidem legitur, sed qui ex ea Descriptione non magis, quam surculus ex infecta Radice, vires aut fructum assequi poterit, aut potest.

Sed, ut insuper ostendatur, quam inveri similis sit res gesta Contractus ejusmodi, placeat attendere tantisper ad novum aliquod Instrumentum sub dato 25. Febr. 1609. in Curia feudali Leodiensi emanatum, quod hic annectitur sub Num. 9.

Ex quo videre est, qualiter dicto die & Anno Joanna Sterck per Mandatarium suum Jacobum Hontoir Hypothecæ subjecerit in favorem Henrici de Harfcamp, pro securitate certæ suæ venditionis, primo *Castrum, Terram, Jurisdictionem, Dominium, Proventum, Dependentiæ & Annexæ de Farcienne, sita inter Sabim & Mosam*, ac generaliter omnia Bona dictæ Dominæ, præsentia & futura, quæ in Feudum moventur à sua Celsitudine Leodiensi.

Placeat inquam attendere, quantum ejusmodi Obligatio notoriè nulla & fraudulenta fuisset, si assertus ille Contractus de anno 1608. per quem eadem Domina Sterck dicitur isthæc Bona de Farcienne, Nepoti & Filiolo suo sub Legibus Fideicommissi & Majoratus perpetui, donasse, evenisset.

Quippè quod nisi de enormissimo sed planè inverisimili Dolo, dictam Dominam Joannam Sterck & Mandatarium ejus, placeat Ream facere, impossibile fit, ut istum prætensum Contractum de anno 1608. arbitremur simul evenisse.

Vim quidem addere illi Scripturæ per Actuarium feudalem descriptæ satagunt Adversarii, ex duabus aliis Scripturis, sed irritò pariter Conatu.

Una datum habet 9. Mensis Junii 1610. ubi legitur, quod Carolus de Longueval nomine Filii sui Aberti minorennis constituerit Mandatarios ad renovandum coram Curia feudali Leodiensi dictam Donationem de anno 1608.

Altera datum habet de 28. Junii 1613. in qua Mandatarius Comitæ Caroli pro filio suo fecit Relevium Domini de Farcienne sub Enunciativa, quod illud fuerit coram Curia feudali Leodiensi cessum 17. Augusti 1610.

Sed ad primam facilis est Responsio, quandoquidem prætensum illud Instrumentum de 9. Jun. 1610. in Capite habens nomen, vel titulum Senatus Bruxellensis, non magis habeat in fine Signaturam authenticam nominati *Afrock* Secretarii Bruxellensis, quam antecedens Instrumentum prætensum de anno 1608. illam habeat: sed utrumque eodem morbo lethali laboret; non constito de tali vera Signatura eisdem Instrumentis, vel alterutri eorum apposta.

Altera similiter vix ullam meretur attentionem; perpetuo, quod Carolus de Longueval, qui per chirographum de 15. Junii 1613. Mandatum dedit cuidam Guilielmo de Soye ad comparandum coram Curia feudali, & præstandum illic Relevium, simpliciter expresserit in præfato suo

suo Mandato, quod Terra & Dominia de Farcienne & Terguies obventa & cessa forent Filio suo Alberto per Dominam Comitissam Viduam de Biglia, nullâ prorsus expressâ die istius obventionis & Cessionis.

Quapropter, dum iste Mandatarius in Executionem Mandati sui relevando die 18. Mensis Junii passus est inseribi, quod dicta Dominia pervenissent ad Albertum, *vi Donationis vel Cessionis factæ in Curia nostra 17. Aug. 1610. per dictam Joannam Sterck* nihil egit, quod Domino suo præjudicare potuerit, utpotè quod illius Mandatum notoriè excesserit, patièdo exprimi id, quod mandans non expressit.

Et aliundè patet Legenti, quod Enuntiativa Tituli, sub dato 17. Aug. 1610. non sit Enunciativa profecta ab ipso Mandatario, sed à Curia feudali, vel potius aliquo ejus Actuario.

Qui in Registro sub dato 17. Aug. 1610. descriptum inveniens, assertum Instrumentum de anno 1608. supposuit illud fuisse verum ac legale Instrumentum, & existimavit ex eo ortum esse Titulum, vi cujus Albertus, seu pro eo Pater ejus possidebat, & Relevium postulabat.

Iste verò Mandatarius errorem illum pensi non habuit corrigi, cum ramen probè sciret, alium esse Titulum possessionis Domini sui, scilicet Transportationem & Cessionem de 22. Decembris 1712. sicut ipsemet testatus est, dum reddendo Rationes suæ Recepturæ pro anno 1613, aliisque sequentibus annis, apertissimè professus est, & pluries quidem, Transportum & Cessionem de 22. Decembris 1612. esse verum Titulum, ex quo hæc Bona de Farcienes ad Dominos Principales suos pertinebant.

Adjunguntur hic in Originali præfati Computus, super quibus specialissima attentio exoratur, sub Numris 10. 11. 13. 14. & 15. quorum Num. 10. Extractus latini jam die 18. Decembris 1737. judicialiter producti sunt. 11. 12. 13.

Quò fit, ut Error istius allegationis factæ sub nomine Curia feudalis, non per Dominum Carolum de Longueval, neque per Mandatarium ejus, sed per solum Curia istius Amanuensem, veritati contrariæ offerre neutiquam possit. 14. 15.

Sed esto adhuc, quod Præmissa non satisfaciant, ast nihilominus Judici dubium, & fortè persuasum relinquunt, evenisse re ipsa Instrumentum Donationis de anno 1608. sicut jacet, cum Clausulis suis fidei-commissariis, atque rebus aliis, quæ gestæ dicuntur, in consequentiam ante annum 1612.

Protectio animadvertendum est, saltem, non repugnare, quin à tali Donatione & omnibus Secutis Partes abindè recesserint, & alium amplexi sint modum posteriorem, eadem Bona alienandi respectivè & acquirendi: Evenisse autem posteriorem ejusmodi acquisitionem, tam multa probant, ut id pro certo habendum videatur.

Hoc probant imprimis Enunciativa antiqua, incipiendo ab anno 1612. & continuata per annos plurimos à Collectoribus Fructuum & Redituum dictorum Dominiorum de Farcienes & Terguies, qui suas reddendo Rationes Domino Carolo de Longueval Administratori pro Filio suo Alberto disertè expresserunt annum, Diem, & Mensem istius posterioris, seu, uti jure credimus, primi Contractus Acquisitionis, enunciando scilicet datum de 22. Decembris 1612. & pregnantissimis verbis ajendo, quod Bona de Farcienes & Terguies pervenerint ad Dominum Carolum de Longueval Administratorem pro Filio suo Alberto, *per Transportationem*

172

& Cessionem quam nobilis & Illustrissima Domina Joanna Sterck Comitissa vidua de Biglia, Domina dictorum Farcienne & Tergnies de eisdem fecit 22. Decembris 1612.

Hæ siquidem Enunciativæ probatæ sunt in Facto per ipsamet originalia Computuum reditorum nunc producta coram hac Camera Imperiali.

Eorundemque enunciatis omnimoda verisimilitudo Assistit, quippè quod alias nimis fuisset absurdum, ut ex una parte Collectores isti alium assignassent juris & Possessionis Dominorum suorum Principalium titulum, quam qui re ipsa talis erat; versantibus ipsis in negotio, cujus veram perfectamque habebant, & habuisse præsumendi sunt scientiam, & cujus respectu nullatenus eorundem intererat, ut falsum vel fictum potius titulum enunciarent, quam verum.

Nimis inquam etiam ex altera parte absurdum, & inverisimile, quod vel dictus Dominus Carolus de Longueval, vel eo defuncto, Domina vidua ejus Comitissa de Bucquoy, quibus ex rationes seu Computus reddebantur, passi fuissent in eis assignari suæ Possessionis, Administrationis, vel Acquisitionis originem diversam à vera, & quod ejusmodi falsam Enunciationem toties repetitam in Archiviis suis reponi & conservari, sicut hodie in eisdem reperta est, permisissent.

Et hoc quidem vivente adhuc ipsa Dominâ Joannâ Sterck, utpotè quam constat vixisse adhuc die 14. Novembris 1628. quâ die suum condidit Testamentum, hic adjunctum sub Num. 16.

Perpenso adhuc, quod dicta verba gallica: *par Transport & Cession &c. per Transportationem & Cessionem &c.* denotent potius Contractum aliquem Synallagmaticum & onerosum, quam gratuitum, sive Titulum Donationis ex mera Benevolentia; adeoque Titulum diversum à prætenso Instrumento de anno 1608. quimeram libertatem saperet. Concurrente insuper hoc invincibili argumento, quod secundum Terminos sæpè mentionati Instrumenti de anno 1608. dicta prætenfa Donatrix Comitissa de Biglia, nihil donabat nisi post mortem suam, sed sibi & in rem suam, Domina de quibus, retinebat, dum viveret; & Casu quo Liberi omnes Alberti Donarii sui defecissent, eadem Bona in rem Cause piæ vendi præcipiebat.

Undè resultat, necessario præsupponi debere alium Contractum, qui sit tempore posterior anno 1608. quandoquidem edita sint in actis Instrumenta Judicialia, etiam inter extraneas Personas celebrata de anno 1614. & 1615. vivente adhuc, uti supradictam est, assertâ Donatrice, de anno 1608. in quibus Instrumentis fit mentio, quod actualis ex tunc Dominus & Possessor dictorum Bonorum esset Albertus de Longueval, non verò dicta Domina Sterck.

Quæ quidem confirmantur uberius ex chirographo Alberti suprâ mentionato, quo constat, Carolum de Longueval Alberti Patrem judicialiter fuisse compulsum, & monitum, anno 1613. ex parte Serenissimi Principis Leodiensis, tanquam Domini directi Feudorum de Farcienne & Tergnies, ut Debitum ratione horum Feudorum relevium, sive homagium præstaret, ad quod exequendum, dictus Carolus pater, speciale Mandatum relaxavit.

Et verò ad Relevium seu homagium ejusmodi inauditum est, compelli eos, vel præstari ab eis, qui non possident, vel qui non nisi spem aliquam uccedendi, aut jus Fragile expectatitium habeant, Jam

Jam verò, cum ex his maneat probatum, assertam Donatricem de anno 1608. tunc temporis, scilicet anno 1612. non possedisse, sed imò Albertum seu Carolum Patrem ejus tutoris nomine, indeclinabiliter sequitur, alium adfuisse Contractam, in vim cujus dicti Albertus & Carolus, vivente adhuc istâ Domina Sterck, possederint; & dicendum superest, illum ipsum fuisse Contractum, cujus annum, mensem & diem Administratores seu Collectores eorundem Bonorum, in Capite suæ Rationum Redditionis, disertè & pluries expresserunt.

Undè fluit, quod tamen non reperiatur hodie Contractus ille sub dato 22. Decembris 1612. peremptus eodem forsitan Incendio Bruxellensi, quo absortum dicitur Protocollum de anno 1608. ( siquidem Contractus ille anni 1612. ibidem loci præsumendus est, fuisse gestus ubi residebat, & Testamentum condidit suum dicta Domina Sterck; scilicet Bruxellis ) uti ex adjuncto sub Num. 16.

Equidem pro fundamento asserti Fideicommissi vel Majoratûs ex adverso reclamati, non possit jure allegari præensum Instrumentum Donationis de anno 1608. postquam de Contractu posteriori constat, saltem in genere, cum talis Contractus non nisi ad reformationem Instrumenti præcedentis, dici posset celebratus, secundum ea, quæ ex immediata Observantia abundè conspiciuntur.

Nec dicant Adversarii, probatum non esse hæc ex parte, quod Contractus iste de anno 1612. sustulerit Clausulas Fideicommissarias, quæ leguntur in sæpèfato Instrumento de anno 1608. sicut indubiè sustulit Clausulam reservatoriam ad dies vitæ Donatricis.

Notandum est enim, quod Instrumentum istud de anno 1608. totò sui inspecto tenore, appareat esse Dispositio ultimæ voluntatis, seu mortis Causâ Donatio, per text. express. in L. 42. de mortis Causâ Donat. cujus hæc sunt verba.

„ Seja, cum Bonis suis Traditionibus factis, Titio Cognato, Donationis Causâ cessisset, usumfructum sibi recepit, & convenit, ut, si Titius ante ipsam descensisset, proprietas ad eam rediret, si postea Superstitibus Liberis Titii, mortua fuisset, tunc ad eos Bona pertinerent.

Quo in Casu Papianus respondit his verbis.

„ Denegari non potest, Donationem mortis Causâ factam videri.

Ex hic quidem Casus nostro similis est; cum hæc tamen favorabiliore nobis differentia quod, in Casu Legis, Traditiones rerum donatarum factæ forent: in nostro autem minimè, quia juxta præfatum Contractum, qualis supponitur, eadem Bona apud Donatricem permanere debebant, quamdiu viveret, & de facto manserunt usque in annum 1612. non verò ultra, quamvis hæc annis plurimis supervixerit, hoc enim probatur ex Extractu Computûs sub Num. 10. fol. 1. in verbis.

„ Computus & Reassignatio quam facit, & reddit Guilielmus de Soye quæ Ballivius & Receptor nobilis & generosæ Domine Comitissæ viduæ de Biglia, Domine de Farchiennes & Tergnies, & integræ Administrationis quam habuit, levavit & collegit (salvis & reservatis Granis) Censuum, Redituum, & proventuum spectantium ad dictam Dominam tam in dicto Dominio de Farchiennes & Tergnies, quam circumcircuità, scilicet pro Termino & spatio unius anni integri inchoantis prima Octobris 1611. & finientis simili die anno 1612. inclusivè, nec non expositorum Factorum tam ipsimet Domine, quam ad ejus Exonerationem & Liberationem.

D

In

172

In fine dicti Computus! signatum erat: Joanna Sterck Comitissa Vidua de Biglia, & infra G. de Soye, & sunt ad marginem tres alia Signatura.

Interea, dum Computus sequentes pro anno 1613. ac sequentibus, alium planè indicant Dominum & Possessorem, quàm dictam viduam, nempe illos de Longueval.

Porro, quantumvis dici possit, Contractum aliquem posteriorem non derogare anteriori Contractui, nisi in eis, quibus expressè legitur derogatum; secus tamen dicendum est de Contractu inter vivos, qui sequatur Dispositionem Causâ mortis.

Nam onus adjectum in Dispositione Causa mortis, non potest censeferi repetitum in Contractu inter vivos postea gesto eadem super re, inter easdem personas, nisi hoc ipsum probetur; quoniam hæc & illa Dispositio diversa sunt speciei & naturæ, nec una in alteram influere potest, nisi dentur verba saltem relativa, quæ id inferant.

Sed imò, sicut Testator alienando aut donando inter vivos rem legatam favore ipsiusmet Legatarii, censetur ademisse Legatum; ita censetur omnes Clausulas & onera illi Legato per Testamentum suum tortè adjecta sustulisse, contrahendo inter vivos eadem de re cum Legatario; adeo ut iste posterior Contractus unice intuendus maneat; sicut in simili de Testatore qui, revocando primum Testamentum dicitur revocasse & mutasse omnes Clausulas in eo scriptas, docet.

*Gloss. in L. qui Patronus &c. §. Patronum &c. ff. si quid in fraud. Patr.*

Et verò, sicut hæres scriptus in secundo Testamento nihil habere dicendus est ex primo; sic in nostro Casu nihil habere, vel habuisse ex Contractu aut præfensa Donatione mortis Causâ de anno 1608. dicendus est Albertus: verum id, quodcunque habuit, assecutus esse ex illo Contractu Transportationis & cessionis de anno 1612. qui Clausulis Fideicommissariis caruisse dicendus est, quàm diu non apparent.

Inspiciamus modò alteram verè notabilem Circumstantiam quæ Instrumentum de anno 1608. ( quatenus evenerit ) non solum manifestat, fuisse per posteriorem Contractum de 22. Decembris 1612. reformatum & annullatum in puncto præsentaneæ Fruitionis rerum donatarum, sed etiam vel maxime annullatum fuisse quoad Clausulas reversorias exadverso magnificatas.

Hoc autem ex secuta, & multifariam probata post contractum de anno 1612. ex parte immediati Cessionarii Comitis Alberti de Longueval observantia, potenter eruitur.

Num. 17. Ut potè qui juxtà adjunctum Instrumentum Originale sub Num. 17. ejusque quoad Clausulam concernentem adjunctam Copiam authenticam sub die 23. Septembris 1641. Num. 18. hoc est, paucos post annos à tempore Majoritatis suæ, non dubitavit illa sua Dominia de Farcienes & Tergnies specialiter hypothecare in rem alicujus Collegii seu Foundationis illic memorata.

Enim verò, omni caret Verisimilitudine, quod idem Albertus de Longueval, Comes de Bucquoy, Eques Velleris aurei, & supremus Hannoniæ Officiatus, immediatus successor Dominæ Joannæ Sterck suæ Authricis, tam inconsultus & proprii honoris fuisset incurius, ut ista Bona de Farcienes & Tergnies Hypothecæ voluisset solenniter subjicere, etiam

etiam coram hominibus feudalibus, & supremo Regis Consilio, pro summa sedecim millium florenorum, contra expressam & pręgnantissimam prohibitionem & nullitatem resultantem ex dicto Instrumento; si tale Instrumentum cum Clausulis suis vel unquam evenisset, vel saltem revocatum non fuisset per aliquem Contractum tempore posteriorem, puta illum de anno 1612. cum de nullo alio appareat vestigium.

Inverisimile pariter, quod illę omnes Personę, etiam Causę pię, quę tunc temporis existebant, & in secundam spem vocatę, seu substitutę erant, juxtę pręfatum Instrumentum de anno 1608. non reclamassent adversus hypothecationem publicitus notam Domini, quod ad eas reverti debuisset absque onere vel Gravamine, imo tale, quod secundum jactatas ex adverso Doctrinas, extunc ut proprium vindicare potuissent, & quemlibet Possessorem ejicere.

Accedunt tamen plures alię istiusmodi Alienationes tum, ab eodem Comite Alberto, tum a successivis eorundem Bonorum Possessoribus factę, & jam tum apud acta representatę & probatę: Quales sunt illę, de quibus mentio in Libello gravaminum circa medium.

Quę, cum sint oppido graves, & multiplices, imo nec Necessitatis vel utilitatis curandę; sed interdum purę Liberalitatis exercendę gratiã factę, absque cujuscumque reclamatione vel querela, apertius adhuc manifestant, ipsum Comitem Albertum & Successores ejus, plenum & integrum jus habuisse Domini, nullatenus restricti, nec vinculati; multo minus a tempore dicte Contractus de anno 1612. vi cujus reportationem & Cessionem absolutam eorundem Bonorum dictus Comes Albertus accepit, uti antiquę ferunt Enunciativa.

Nec quisquam miretur, quod ex pręmissis inferamus, Dominam Joannem Sterck intendisse abrasas esse Clausulas reversorias appositas, uti semper supponitur anno 1608. in favorem Descendentium ab Alberto de Longueval; cum videamus eandem ipsam Joannam renunciassę per antefatum Contractum de anno 1612. proprio juri sibi competenti & retento ad dies vitę, in eadem Bona, quę anno 1608. donaverat.

Etenim longę facilius est alicui, signanter mulieri, Commodis vel Juribus, quę in favorem posteritatis alienę aliquando introducere voluerit, renunciare, quám propriis; quibus tamen, uti diximus, constat eam renunciavisse, Nam hoc ultimum invictissimę probatur, ex quo passa sit alteri quam sibi ipsi contra id, quod factum fuerat adhuc pro anno 1612. reddi Computus pro anno 1613. & sequentibus; sicut passa est ut, quemadmodum legimus in Instrumentis publicis, Albertus vel filius ejus, etiam ipsamet vivente, prędicaretur Dominus de Farcienne & Tergnies; nec non passa est, ut Comes Albertus vel pater ejus ac Tutor, pręstaret proprietariõ nomine homagium seu Relevium istorum Feudorum erga Dominum directum.

Quale etiam Relevium, nec Pater nec Filius pręstitisset, uti nec pręstare debuisset aut potuisset, si Feuda ista actualiter ac proprietarię non possedisset.

Quanto minus vel Pater, vel Filius, eorumvę successores potuissent vel ausi fuissent Bona illa prętensę Fideicommissa hypothecare & alienare, nisi ex productione Contractus de 22. Decembris 1612. tum temporis facili, nunc verõ forsan impossibili, prõ certo demonstrare potuissent, quod Domina Joanna Sterck a Clausulis Fideicommissariis, in Donatione sua

mortis de anno 1608. prætenſivè contentis , per poſteriorem Contractum reſceſſiſſet , vel quod eaſdem nunquam impoſuiſſet , ſed Bona ceſſa aut donata in plena Libertate reliquiſſet.

Quid igitur aliud dicendum ſuper eſt in Caſu ? niſi quod per prætenſum Inſtrumentum de anno 1608. Ioanna Sterck Donationem fecit ſub modis & Conditionibus quas eadem Joanna per alium Contractum de 22. Decembris 1612. revocavit , dum iſthæc eadem Bona purè , abſolutè , & ſine onere ceſſit , donavitvè inter vivos Filiolo & Nepoti ſuo Alberto , qui ex tunc , quemadmodum & Succeſſores ejus , pro veris & abſolutis Dominis haberi & eſſe cœperunt.

Nam & hoc ſemel poſito & manente firmo , nulla incongruitas , ſed perfecta etiam remanet Conſonantia illuſ ſuppoſitæ Acquisitionis De anno 1612. cum alio poſteriori Inſtrumento Donationis de anno 1616. de quo non nihil dicendum eſt.

Siquidem ex illo Contractu de anno 1616. patet ad liquidum , quod dicta Domina Joanna Sterck illic quidem memoret actum aliquem anteriorem , quo donavit Filiolo ſuo Alberto de Longueval Caſtrum & Domina de Farcienes & Tergnies , ad eam Extensionem quâ maritus quondam ſuus eadem Bona acquiſerat die penultimâ Decembris 1596.

Sed , cum eò circâ nentiquam exprimat Datum dictæ anterioris Donationis , quaſi foret de anno 1608. imò nullum exprimat ; nihil vetat , quin referri poſſit Contractus ille de anno 1616. ad Contractum iſtum anteriorem de 22. Decembris 1612.

Imò , quod hic noviffimus Contractus ad illum anteriorem de anno 1612. referri debeat potius , quam ad aliquem alium , qui adhuc foret anterior , ſuadetur ex Regula generali , juxtâ quam Relatio fieri debet , & facta intelligitur ad proxima , non ad remotiora.

Fortius , quia dicta Joanna Sterck faciendo in illo ſuo actu de 27. Menſis Auguſti 1616. mentionem ſux Donationis factæ in rem Alberti , rotundis dicit terminis , eam feciſſe *in purum Donum*.

Quæ puritas Doni nequaquam invenitur in Donatione de anno 1608. ubi Donatrix poſſeſſionem & fruitionem rerum donatarum ſibi reſervavit ad dies vitæ ſux , & inſuper ubi adjecit Clauſulas reverſorias & Fideiſſimarias in perpetuum , atque etiam pro finali Cauſam piam vocavit ad eadem Bona vel æſtimationem eorum.

Unde fit , quod nulla poſſit intrare Relatio ad Contractum de anno 1608. ſed imò faciendâ ſit Relatio ad aliquem Contractum planè diverſum , adeoque ad hunc de 22. Decembris 1612. cum non appareant veſtigia ullius anterioris , ex quo Carolus vel Filius ejus Albertus realem & præſentem Dominii de Farcienne Donationem vel pro parte acceperint.

Liceat tamen repetere inculcatam alibi Conſiderationem , quod in illo ipſo Contractu de anno 1616. Joanna Sterck Donatrix apertiffimè notam fecerit voluntatem ſuam , abſtrahendi à quacunq; Donatione anteriori circâ eadem Bona de Farcinnes & Tergnies ; nam rotunda ſunt verba ejus translative in Filiolum Albertum.

„ Ut dictis Terris & Dominiis in prima Donatione comprehenſis ,  
 „ & ſimul omnibus prædictis partibus ( quas ſcilicet addebat ) dictus D.  
 „ Albertus ex nunc in futurum frui , uti , & gaudere poſſit , tanquam de  
 „ ſuo proprio in vim hujus Donationis.

Quibus verbis prius Donata vel ceſſa ita conjunguntur , cum  
 novis.



novissimè Donatis , ut unus eorundem debeat esse Titulus , & una adquisitio *in vim hujus novissimæ Donationis* , non alterius.

Haud minus , ac si Joanna Sterck de Consensu Donatarii sui dixisset , se quæcunque retrò gesta , Pacta aut stipulata vel disposita , aut destinata annullare , ac prò non factis vel Scriptis habere , sed omnia ad hujuscè Pactinovissimi substantiam & tenorem revocare.

Jam verò legenti Contractum istum de anno 1616. hinc & inde recognitum , nè vel apex unus apparebit , qui det indicationem alicujus Fideicommissi vel gravaminis rebus donatis impositi.

Sed insuper omnem illius umbram eliminant ex abundantia supra extensa instrumentaria verba.

Ut dictis Terris & Dominiis in prima Donatione comprehensis , & simul omnibus prædictis Partibus , dictus Dominus Albertus ex nunc in futurum *frui , uti & gaudere possit , tanquam de suo proprio* , in vim hujus Donationis.

Enim verò , ut quis de re aliqua gaudere possit , *tanquam de propria* , necessè est eum habere Jus Proprietatis & Domini , ab omni Fideicommissio & Reversione liberi , quandoquidem Fideicommissio gravatus , in re potius aliena versari , & alienò nomine possidere censeatur , undè & interdum usufructuario simplici comparatur.

Longè tamen abfuit Joanna Sterck ab ejusmodi intentione vel expressione , cum econtrà dixerit , velle , *ut ex nunc in futurum* , rebus donatis gauderet Albertus , *tanquam de suo proprio* ; à qua profectò prægnanti expressione , dicta Joanna procul abstinuisset , sicut abstinere debuisset , si ullas Clausulas Fideicommissorias , aut alias jus pleni Domini vel leviter minuentes Donationi suæ inesse , vel in ea subaudiri intellexisset ;

Quantò magis , si istius extraordinariæ & durissimæ indolis Clausulas , quales leguntur in Instrumento de anno 1608. quæ illius effectus præ magna parte mutilassent & deformassent , etiam in novo Contractu præservari voluisset , procul ab arctissima illa benevolentia quæ jactitabatur inter Donatricem Liberis carentem , & Albertum Donatarium defuncti Mariti sui ex sorore Nepotem atque Filium spirituales.

Quibus omnibus attentis , in Sensu veritatis dicendum manet , non constare de Fideicommissio vel impositio anno 1608. vel continuato post annos 1612. & 1616. cum tamen oporteat equidem , ut Fideicommissum certis & indubitatis probetur in Facto argumentis taliter , ut res se habere aliter non potuerit nec possit.

Objiciet aliquis , imputandum esse Appellanti , quod præmissa non accuratò satis ( uti hic ) Calamò representata fuerint in actis coram hac Camera ventilatis usque modò.

Etenim ex parte Domini Appellantis circa Materiam Principalem unicus Gravaminum Libellus , in Fatalium angustia confectus , & exhibitus fuit ; Sed veniam dabit , si perpendat , plura reservari potuisse , quatenus opus representanda in Replicis , mox ubi Contradictio ad Libellum Gravaminum apparuisset , verum partis appellatæ Agentes breviorè viam sternere voluissent , procedentes ad Causæ Conclusionem ante illius instructionem , & hoc modò obtentâ prius Sententiâ , quam Causa prius existimari posset Conclusa , imò , dum Causa in Principali propter Attentata , quorum Reparatio ante omnia urgebatur , in Attentantis odium tantisper suspensa credebatur.

E

Cum

Cum verò hujusmodi Partium Ptæcipitationibus & fraudulentis Deceptionibus S. R. J. Constitutiones, concessâ in integrum Restitutione salubriter occurrerint, nunc adhuc patiatursacri Dicasterii æquitas, ut omissam in actis prioribus Exceptionem in Casu relevantissimam & peremptoriam, de qua aliquid jam dictum fuit suprâ §. 4. *uti annullatum*, liceat proponere.

Num. 19. & 20. Illa autem oritur ex Edicto Leodiensi promulgato sub Sermô Maximiliano Henrico Electore Coloniensi, Episcopo & Principe Leodiensi de 6. Aprilis 1686. adjuncto in Originali sub Num. 19. cum versione latina, quoad Clausulam concernentem sub Num. 20. & Extenso in Recollectione

Edictorum Leodienfium per D. de Louvrex p. 1. pag. 363, ubi Sermus Princeps de Ordinum provincialium assensu, prævenire volens multitudinem Litium super Existencia valore vel nullitate Fideicommissorum coram Iustitia competenti non insinuatorum sancivit, ne ullum Fideicommissum temporarium, vel perpetuum, ac nequidem Majoratus, vim habeat, præjudicio Creditorum, à quibus cum Hæredibus fiduciariis, eorumvè successoribus contractum, & jus Hypothecæ quæsitum fuerit super Bonis Fideicommissis; sed hi præferantur quibuscunque prætendentibus Titulo Fideicommissi, quandoquidem eis non publicatis, non possit nec debeat inde oriri effectus bonæ fidei, & juris gentium exclusivus.

Additò, quod ad effectum præmissorum, quæcunque Testamenta, Pacta dotalia, aliivè Contractus, continentes aliquod Fideicommissum Bonorum in Terris Episcopatus Leodiensis existentium, insinuentur deinceps, & registrentur apud secretariatum Ordinum patriæ, in uno volumine unice ad hoc destinatò, ne teneantur Interesse habentes divagari apud plures Secretariatus magnis Expensis.

Præprimis autem notentur Articuli 35. & 36. quorum imus statuit, ut ei, qui bonâ fide suorum Fideicommissorum procuraverint Registrationem apud secretariatus Ordinariorum Judicum ( ut puta Curie feudalis, si de Feudo agitur ) postulare ab eis debeant Extractum sive Notulam simplicem, mox concedendam, ut eam reproducant & curent registrari apud Secretariatum Ordinum patriæ, eò fine, ut omnia Fideicommissa in eodem Secretariatu videri possint.

Alter autem, nempe 36. Articulus expressè disponit, quod prædictam Insinuationem fieri oportebit præ omni Terminò intrâ annum à publicatione hujus Edicti, quo ad Fideicommissa hactenus instituta; Quovè ad futura illicò post Constitutionem eorundem, sub ea pœna, quòd nullam vim habitura sint, nisi à die Insinuationis eorum, adeoque ei, qui interim contraxerint cum Possessoribus Bonorum Fideicommissorum, præferendi erunt quibuscunque vocatis ad dicta Bona ex Fideicommissò.

Cujus Edicti æquitatem, imò & Necessitatem nemo non percipit, ideoque consimilia plane Edicta habent, & observant plures Nationes Leodiensibus vicinæ, de quibus apud Abraham à Wesel.

*Ad Novell. Constitut. ultrajectanam 22. Num. 12. P. Christin. Vol. 4. Cod. Lib. 6. Decis. 41. & alios.*

Verba autem Constitutionis Ultrajectinæ, inter alias anno 1659. promulgatæ, sunt hæc.

„ Nulla Fideicommissa, substitutiones, Alienationis prohibitiones,  
 „ similiavè onera Bonorum immobilium vel annuorum Redituum Hypo-  
 „ thecâ subnitorum in Testamentis, vel quavis scriptura contenta, res ipsas  
 affi.

„afficiunt, nisi tales Clausula dicta onera continentes, Extractu authentico professæ & relatæ fuerint in acta Judicis rei sitæ, Curiaev feudalibus, undè dependent.

Et infra.

„Nullæ autem antedictarum Clausularum effectum pignoratitii vel realis juris, in præjudicium Tertii, nisi postquam Regestris publicis insertæ fuerint operantur &c. ut apud dictum à Wesel.

Idem quoque in Edicto perpetuo Principum Belgii de anno 1611. art. 15. his verbis.

„Ordonnons autrefois, que nulle Clause de Fideicommissis, substitutionis prohibitionis, d'aliener ou semblables charges ordonnees par Testament, Donation ou Contract sortiront effect de Realisation ou affectation de Droit, ne soit que la ditte Clause de Testament, Donation ou Contract contenant telle charge soit notifièe, ou enregistree par devant les Juges ou Loi, ou tels biens sont situez. Id est.

„Iterato jubemus, ne ullæ Clausula Fideicommissi, substitutionis, Prohibitionis alienandi, vel similia onera injuncta Testamentis, Donationibus vel Contractibus, sortiantur effectum realisationis, vel affectationis juris, nisi Clausula Testamentorum, Donationum, vel Contractuum continentium tale onus, sit notificata & registrata coram Judicibus, vel Curiiis, ubi talia Bona sita sunt.

Id quod rursus observari mandavit ibidem Rex Hispaniæ Carolus II. per Literas datas de anno 1673. ubi respectu Fideicommissorum eò tempore jam apertorum Rex mandavit, ut istæ Notificationes & Registrationes fierent intra Trimestre, post publicationem sui Mandati.

Ab his autem Edictis non aliter discrepat Leodiense Edictum de anno 1686. quam primo quod Longiorem, scilicet unius Anni terminum, ad faciendum istam Insinuationem, & Registrationem pro præteritis Fideicommissis indulgeat, & 2do. quod Bonipublici Causâ voluerit, ut Dispositiones vel Contractus ejusmodi onera imponentes, etiam de præterito, quamvis etiam registrati seu realisati coram Curiiis ordinariis Locorum, ad Secretariatum Ordinum patriæ deferantur *intra annum*, illic describendi in unico Registro, ne per Actuariatum plures divagari oporteat.

Hac est formale Edictum Leodiense, quod in usu & observantia manere viridi probat non solum juncta sub Num. 21. cum Copia vidimata sub Num. 12. Attestatio D. D. Secretariorum Ordinum Principatus Leodiensis, sed maxime probat ipsum Factum partis appellatæ, quæ præteritum Instrumentum anni 1608. in quo asserti Fideicommissi originem & substantiam constituit apud acta seu Secretariatum trium Ordinum patriæ Leodiensis, re ipsâ insinuari curavit die 16. Aprilis 1733. ac postea insinuationem illam, ut in adjuncto sub Num. 23. ad acta produxit. Num. 21. & 22.

Verum serius, & inutiliter planè ad effectum tollendi jus jamtum quæsitum Tertio, seu dicto Domino Comiti de Stubick Appellanti, qui, priusquam de præterito Fideicommissis ulla mentio, ullusve Sermo fieret, Instrumentum Donationis in favorem suum à Domina Comitissa Coniuge sua sub dato 26. Junii 1730. factæ, bonâ fide acceptavit, & actis Curia feudalibus insinuari jamtum fecerat die 28. Junii 1730. ut ex adjuncto sub Num. 24. Num. 23.

Post hæc enim Donationem ejusque Insinuationem ad acta feudalibus ferotina fuit posterior illa Insinuatio facta pro parte appellatæ apud Secretariatum

iratum ordinum patriæ anno demum 1733. cum juxta Tenorem Edicti, fieri illa Debuisset intra annum à publicatione Edicti, ad effectum retroactionis: facta autem 50. circiter annis de post, nullum potuit inferre præjudicium Contractibus mediò tempore gestis & realisatis, nec consequenter illi Donationi factæ in rem Comitis de Strubick de anno 1730. sed ipse & omnes, qui Causam ex dictis Contractibus anterioribus acceperunt, in Bonis etiam de facto realiter Fideicommissis præferendi sunt ad normam Edicti, quantomagis ubi bonâ fide contraxerunt.

Dicimus, *bona fide*, nam defuncta Domina Comitissa de Strubick, & D. Conjux ejus sæpè negaverunt in actis, uti hic rursus constantissimè negat, ullam habuisse ante hanc introductam Litem notitiam ullius, sive veri, sive falsi Instrumenti de anno 1608. vel alicujus alterius, quod Bona illa de Farcienne alicui Fideicommissio indicasset fuisse supposita, nec factus est exadverò contrariæ probationis sumus

Præterquam, quod in his nequidem bona fides requiratur, quia jus ex Edicto procedens, prospicit vigilantem, nec Dolò facere videtur, qui jure suo utitur, sed econtrà negligens aut contemnens Dispositionem statuti vel Edicti, non videtur Damnum pati, quod ex Culpa & mora sua sentit.

*Ista de Mean. Obs. 167. Num. 4.*

Addens, quod etiam in Feudo præteritis, qui primus Investituram habet, etsi sciat, alteri eandem rem venditam esse.

*De Mean. d. Obs. 167. Num. 5.*

Quibus ità Stantibus, jam dilucidè satis probatum confiditur, non competere jus ullum parti appellatæ revindicandi ex Fideicommissio prætenso, & nunc, in omnem pessimum eventum, caducatò, Bona de quibus, vel infringendi Donationem, quam defuncta Maria Philippina in rem mariti sui fecit die 26. Junii. 1730. realisatam in Curia feudali paucis post diebus, adeoque totis tribus annis, antequam assertum Instrumentum de anno 1608. illiusvè Extractus, in quo prætensi Fideicommissi totum repositum est fundamentum, fuerit juxtà Legem Leodiensem apud acta Ordinum patriæ Leodiensis insinuatam vel registratam; quod proinde qualecunque Fideicommissum juxtà 36. dicti Edicti Articulum, vim nullam habere potest, præjudicio eorum, qui interim contraxerint cum Possessoribus Bonorum Fideicommissorum; sed illi præferendi sunt, quibuscunque vocatis ad dicta Bona ex Fideicommissio.

Nec quis dicat, locum quidem esse Edicto favore eorum, qui titulo oneroso causam acceperint à Possessore fiduciario seu gravato: non tamen favore eorum, qui ex titulo lucrativo, seu ex Donatione Causam habent, uti hic D. Comes Appellans.

Quippè licet Edictum Creditoribus faveat, attamen alios non excludit, sed imò comprehendit, dum indefinitè disponit pro eis, qui interim cum Possessoribus Bonorum Fideicommissorum contraxerint, Donatio siquidem verus est Contractus, maximè Donatio remuneratoria & compensatoria, qualis hæc esse dignoscitur, in verbis: *En reconnaissance d'ailleurs de plusieurs Services qu'elle en a recu jusques à la date de cette.* Id est, in remunerationem plurium Servitiorum, quæ ab eo recepit usque ad hanc diem.

Quod, si autem in Casu, Domina Maria Philippina Dominium potuit cum effectu transferre vendendo, vel hypothecando, quid ni, potuerit etiam donando, vel remunerando? utròque enim Casu, eadem stat ratio,

ratio, sicut eadem ex altera parte stat negligentia, & eadem foret Deceptio Acquirentis, undè non minus contra unum, quam contra alterum eventum providere sibi debuit, qui se vocatum putavit.

Minus dicat aliquis, quasi peccatum vel omissum adversus Nost- rum Edictum, obesset solum primo vel secundo, aut Tertio vocato, qui Insinuationem neglexerint: non verò Posteris eorum, fortè non- dum natis, & ita rem quasi in suspenso relinqueret quoad eas:

Nam econtra Edictum in rem ipsam tendit, & ipsummet afficit, annullatque Fideicommissum; tam favore eorum, qui mediò tem- pora cum gravatis contraxerint, quam odio eorummet, atque Poste- rorum suorum, qui Legi parere neglexerint, vel detrectaverint; Denique omnis Lex dicitur habere aliquid de iniquo, sed illud ipsum Utilitate publicâ rependitur.

Præterquam quod in Casu, Appellatus primus sit inter omnes, qui jus unquam clamavit ex asserto Fideicommissio; Majoribus, seu Prædecessoribus simpliciter secutis intestatæ successionis Legem, undè tantò magis hic sibi debuisset consulere, qui primus erat in Casu.

Sed præterea, ut in præsentì Causa nihil negligatur, omit- tendum non est, superesse alium titulum, ex quo pars appellata hanc eandem Donationem non modò nullam & inefficacem, sed etiam gravissimâ pœnâ dignam esse, in Retroactis contendit.

Scilicet Obmovit, quod jure Leodiensi Bona immobilia Leo- diensia, constante matrimonio, à Conjugibus possessa, per ejus Dissolutionem devolvantur quoad proprietatem in Liberos eorum, manente nudò apud parentem superstitem Usufructu; quem Usuf- ructum incontinenti amittat parens ille Usufructuarius, qui ab- utitur Usufructu suo; ut puta, proprietatem ipsam hypothecando, vel alienando: In hanc autem Legem peccaverit Maria Philippina, dum Dominia de Farcienne & Tergnies, quorum nuda erat Usuf- ructuaria, Marito suo donavit anno 1730. adeo ut etiam Usuf- ructum amiserit, & fructus perceptos Nepoti suo ex Filia, resti- tuere obligata fuerit.

Sed ad hoc replicatum fuit in actis, quod inductio ista bene concluderet, si verum esset, Mariam Philippinam Usufructuario no- mine duntaxat possedisse, & proprietatem Bonorum de quibus, in Liberos ex ea, ac dein Liberos Liberos devolutam aliquandò fuisse: Ast, quod ad Casum nullatenus quadret; quoniam Lex vel Consuetudo illa Leodiensis, juxtà quam solutò matrimoniò, Bona Conjugum devolvuntur in Liberos quoad proprietatem, intelligenda sit de Bonis hinc vel inde in matrimonium collatis; non verò de eis, quæ alteruter Conjugum sibi reservaverit, hoc est, quæ nec tacitè, nec expressè in matrimonium illud contulerit.

Constet autem in Casu, de Pactis dotalibus inter Mariam Phi- lippinam & Comitum de Waldstein Conjugem ejus aliàs initis, ex quibus videre est, dictam Mariam Philippinam nil aliud contulisse in illius Matrimoni subsidium, quam summam aliquam pecuniariam, de qua Comes de Waldstein Sponsus etiam incontinenti fecit accepti- lationem, seu remissionem; adeò ut dici nullatenus possit, quod Maria Philippina Bona sua in illius matrimonii subsidium contulerit, minus tunc futura vel eventualia Bona sua, qualia demum fuerunt

1730

ista Bona de Farcienne & Tergnies , dum per mortem secutam , pendente isto matrimonio Principis de Longueval Fratris ejus sine Liberis defuncti , ad Mariam Philippinam ea pervenerunt.

Proinde , nec dici possit , quod talia Bona in Mariæ Philippinæ Liberos , sive primi , sive alterius gradus devoluta , aut sub - Devoluta unquam fuerint ; quandoquidem illi matrimonio nunquam inhaerint ; sed in plena & libera proptietate ac potestate mulieris , seu vivò , seu mortuò Marito ; sive extantibus , sive non extantibus Liberis , semper remanserint , adeo ut ipsa mulier facta vidua , & rursus nupta , de eisdem Bonis , tam inter vivos , quam mortis Causa , liberè disponere potuerit , etiam favore sui mariti ; ita disponente & indulgente Consuetudine Leodiensi Articulo 7. Cap. 10.

*De Mean Obs. 408. Num. 4.*

Quæ omnia latius in Libello Gravaminum representata & firmata fuerunt ex fontibus juris Leodiensis , & Doctrina primarii illius Interpretis.

*De Mean Obs. sua 453. Num. 8.*

Quibus altera pars nihil quidem speciosi contradicendo , ab illo suo sustento recessisse visa est.

Verum tamen sive ex hoc motivo , sive ex illo superiori Capite , ecce publicata est Sententia die 23. Jan. 1739. per quam Dominus Comes de Stubick Appellans , in omnibus & per omnia ad extradendas Appellato Toparchias de quibus , atque etiam ad restitutionem Fructuum , & in Expensas condemnatur.

Supposito sic ingressu , vel istius juris devolutorii , ex præmissis sufficienter refutati ; vel sanè supposito Fideicommissò , de cujus Institutione non constat , Et de quasi constaret , haud minus de ejusdem Revocatione & Cessatione per posteriora Documenta illi assertæ Institutioni directè adversativa liqueret.

Quæ insuper , si per se solum considerata , dubiam aliquam Interpretationem adhuc paterentur ; ad Sensum tamen Domini Appellantis omninò reducenda forent , propter vim secutæ jam à Centum & ultra annis Observantiæ omni Fideicommissò contrariæ.

Præterquam quod , si vis faciendæ esset in Fideicommissò isto , quasi instituto , uti prætenditur anno 1608. & quasi ab eo tempore non circumductò ; trahi equidem tale Fideicommissum non posset ad ista alia Bona , quæ etiam posterius , scilicet anno 1616. donata fuerunt ; circa quæ nulla prorsus conspicitur umbra Fideicommissi.

Cum imò istius Donationis Verba plenam Bonorum proprietatem & Libertatem significant , non solum respectu Bonorum illorum noviter donatorum , sed etiam respectu priorum , utpotè quod hæc & illa facta sint expressè possidenda , *in vim præcisè* postremæ illius liberrimæ Donationis de anno 1616.

Deniquè tantominus ulla asserti Fideicommissi faciendæ fuit Consideratio , quod præsuppositâ etiam veritate Institutionis ejus , etiam talis , quod per nulla prorsus Facta contraria , vel ex parte gravati , vel ex parte gravantis , annullatum aut revocatum dici posset ; Equidem Fideicommissum illud propter omissionem Insinuationis intra tempus , & juxtâ modum à Statuto præfixum , vel prius saltem , quam alteri Tertio jus quæsitum fuerit necessariò faciendæ , nunc planè extinctum ,

inefficax , & non ens , intuitu illius , qui mediõ tempore acquisivit , dicendum maneret.

Quibuscum Causalibus prægnantissimis , si præterito Attentatorum quæ revocari , & purgari ante omnia postulatam erat , uti adhuc instantissimè postulatur ;

Si defectus Legitimæ Conclusionis in Causa ; si inhumana prosecutio & Sollicitatio Sententiæ intrâ primum Mensem à die mortis Mariæ Philippinæ , quæ cum marito suo pars fuerat Litis contra Appellatum , imò , quæ ipsum pro Parte instituit Hæredem , attendantur ;

Sanè ab innata Illustrissimæ Excellentie vestræ , & hujus Sacræ Imperialis Camerae Justitiæ & æquitate omnio confidendum habet , & supplicat præfati Domini Comitis Appellantis Mandatarius , quatenus Dominum Principalem suum , vigore Ordinationis Cameralis , & ex Clausula Prætoris generali , adversus pronunciatam die 23. Jan. nup. Sententiã , Alterã , ex prædeductis Causis relevantissimis , gratiosissimè in integrum restituere , sicque Sententiã à qua reformare , nec non sui Absolutoriam pronunciare haud dedignetur ; iterum verò supplicat , ut Parti appellatæ Attentatorum quærlatorum , Litæ pendente ab ea , ejusvè Mandatariis commissorum Reparatio ante omnia districtè , & quocumque efficaciori modò , propter Summum & continuum , quod ex eis sibi oritur præjudicium , Clementissimè injungatur ; seu ut alias omni meliori modò suo bono Juri & possessioni consulatur.

Super quibus benignum & nobile Imperialis hujus Camerae officium , quam humilimè implorat.

Supradicta tamen sic scripta maneant , ut in omne inexpectatum , Jura Retentionis Domino Comiti Appellanti competentia , tum ratione gravium Impensarum pro Reparatione ferè à fundamentis dicti Castri de Farcienne à Gallis ante hac diruti , tum ratione Expensarum pro Conservatione Bonorum & Jurium ejusdem Domini , in multis Litibus Causatarum , tum aliis de Causis tempore & Locò deducendis & liquidandis , salva & integra permaneant.

Desuper &c.

*Illustrissimæ Excellentie Vestræ*

Humillimus

Joannes GOY, DE.

SCHEMA

58. Decembris 1838.

172

ALBERTUS I. DE LONGUEVAL COMES DE BUCCOUY, FILIUS CAROLI,  
DONATARIUS JOANNÆ DE STERCK.

SCHEMA GENEALOGICUM

GENUIT

Ferdinandum, sine  
prole mortuum

Carolus Philippum,  
genuit iste  
duas proles

Cajetanum,  
ex quo

Philippum Emanuelem,  
qui obiit sine prole

Mariam Philippinam  
I. uxorem Comitis  
De Waldstein, &  
II. Comitis de Stubick,  
quæ ex primo matrimonio  
genuit

Albertus II.  
vivens ;  
ex quo

Philippinam quæ obiit  
sine prole

Barbaram, primò nuptam  
Comiti de Kienburg ;  
II. Comiti de Bathiany,  
ex quo

duo filii in  
VIVIS

Comes Eugenus, colligens  
cum comite de Stubick, donatario  
Mariæ Philippinæ, defunctæ  
28. Decembris 1738.

SCHEMA



Adjuncta

Cum Humillima Imploratione pro Restitutione in integrum

Num. I.

Mandatum ad Jurandum in forma solita.

Num. 2.

O. N. 36. Januarii 1739. Lt. Lang

AD Spontaneam revocationem prioris Procuratoris Compareo Nominis Domini Comitis de Batthiany, juribus tamen & protestationibus quibuscunque salvis vigore constitutionis Procuratoriae sub Num. 1. & cum pars appellans in conformitatem ultimae sententiae quid ulterius non producere tacite confiteatur & quod de attentatis dicitur fundatum non sit, multo magis ex adverso & devastando sylvas attentetur, ideo ex officio pro Conclusa acceptata maturationem Sententiae, Procuratorii vero recognitionem vel ex officio humillime peto.

Num. 3.

Attestatio Curiae de Farcienne Illa continet, qualiter Dominus Comes de Stubick bene conservet suas sylvas, nec arbores cedat, nisi cum Judicis licentia.

Num. 4.

Codicillum Domine Mariae Philippinae Comitissae de Stubick de data 13. Augusti 1735.

Clausula Concernens.

Quandoquidem placuerit Deo avocare ad se dilectissimam meam Filiam Annam Barbaram Comitissam de Waldstein ante hac sponsam Domini Comitis de Kienbourg & postea Domini Comitis de Batthiany, cui Reliqueram supra dicto Articulo 8. dicti mei Testamenti medietatem bonorum meorum existentium in Regno Bohemiz, intelligo ut Comes Eugenius de Batthiany eorum Filius & meus Nepos succedat eo intuitu in locum & gradum defunctae suae Matris, instituendo eundem in dicta medietate bonorum meorum tam mobilium quam immobilium sitorum in Bohemia per quod Correctus erit dictus Articulus 8. Ad sequentem in haec institutioni haeredis quam feci Articulo 9. dicti mei Testamenti in rem dilectissimi mei conjugis Comitis Caroli Josephi de Stubick Baronis de Konigstein sub onere partiendi cum dicto meo Nepote generalitatem bonorum meorum Bohemicorum dumtaxat, eum nominans haeredum meum universalem De Coetero ratifico rursus donationem quam feci dicto meo sponso terrae & Domini de Farciennes & Tergnies cum omnibus suis pertinentiis & appendicibus Censualibus, Feudalibus & allodialibus volens ut dictus meus sponso eis fruatur & frui continuet pleno jure non obstantibus omnibus oppositionibus hactenus factis ex parte & sub nomine mei nepotis

Num. 5. & 6.

Chirographus Notarii Dethier

Die quinta Januarii 1739. in palatio sui Excellentissimi Domini Comitis de Stubick ego ex parte Excellentissimi Domini Comitis de Batthiany vi substitutionis in meam Personam a Domino Consiliario D. Andreisens tanquam generaliter Constituto ab eodem petivi & declaravi ex praedicta parte

SCHEMA GENEALOGICUM

175

parte quod attentá morte Excellentissimæ Dominæ principissæ de Longueval quam Deus absolvat continuo & recupero possessionem Castri & bonorum de farciennes ante hac Captam signatum erat T. de Thier Sacre sue Cæsareæ & Catholicæ Majestatis Notarius,

Num. 7.

*Tenor Sententiæ*

In causa Caroli Josephi de Stubick contra de Batthiany appellationis causam pro conclusa ex officio acceptantes dicimus & pronuntiamus per Judices prioris instantiæ benè Judicatum male eisdem appellatum proinde eorum Sententiam confirmandam & appellantem ad extradendas appellato Toparchias quæsticas cum partibus anno 1616. ulterius donatis, nec non Fructibus à tempore litis contestatæ perceptis Condemnandum esse prove hisre confirmamus & condemnamus eundem in expensas in hac Imperiali Camera desuper Causatæ ( expetis tamen ab dicisum desertionis punctum factis ) Salvo nostro Judiciali moderamine appellato refundendas condemnantes, porro præfato appellanti ad docendum huic Sententiæ per omnia paritum esse nimirum ad deoccupandum Tempus unius Mensis, ad restituendum verò fructus perceptos trium Mensium pro termino & prorogatione ex officio præfigimus sub tali Comminatione nisi ita egerit, quod ipse ex nunc pro ut ex tunc & extunc pro ut ex nunc in pœnam decem marcarum auri puri pro ona medietate Fisco Cæsareo & altera appellato applicandam de claratus esse & ratione realis executionis ad partis adversæ ulteriorem implorationem fieri debeat quod iuris datum in Imperiali Civitate nostra Wetzlaria die vigesimâ tertia Mensis Januarii 1739.

Num. 8.

*Prætensa pacta dotalia*

Anno millesimo Septingentesimo rrigesimo quinto Mensis Februarii die quintâ personaliter comparuit Coram nobis prætore & Scabinis supremæ Justitiæ Civitatis & Patriæ Leodiensis Joannes Henricus Bidart, qui adimplendo onus sibi datum per actum infrascriptum renovavit & realisavit, per Solemnitates requisitas tam pacta matrimonialia à Nobili Domino Edundo fabri Beckers & nobili Domicella Maria de Trappè facta, quam obligationem ibi contentam Conformiter Dicto actui qui sequitur. *In Nomine Domini amen anno à Nativitate Domini nostri JESU Christi millesimo septingentesimo decimo quarto* Personaliter Comparuerunt coram me Notario infrascripto in testium infra denominatorum præsentia Nobili Dominus Edmundus fabri Beckers Sacri Imperii Eques Advocatus in Mer-tier futurus Sponsus ex una & Nobilis Domicella Maria de Trappè futura Sponsa ex altera partibus ibidem partes Comparerunt volentes inter se matrimonium Solemnifare si Deus & nostra Mater Sancta Ecclesia consentiant, faciunt & concludunt tenore præsentium Clausulas, conditiones & conventiones ante nuptiales sequentes scilicet quod nulla erit communio inter dictos futuros conjunctos bonorum mobilium nec immobilium.

*Cætera omitantur ut hic inutilia, deinde sequitur.*

Signatum erat in minuta hujus originali Edmundus fabri Beckers, Maria de Trappè dicta Lossenge, Pascasius mordant & appositum signum ægnetis Doigny in forma Crucis & postea subsignatum & ego Joannes Josephus Stiennon Notarius Apostolicus & immatriculatus in fidem subs, quod attestor signatum M. Goffart Notarius immatriculatus Leodiensis per  
copiam

copiam conformem, & in custodiam legis repositum fuit signatum J. Lamine  
per Registrum.

Num. 9.

*Farchinnes*

Universis presentes visuris & auditoris Locumtenens & homines feudales Curie feudalis sue Serenissima & Illustrissima Celsitudinis Episcopi & Principis Leodiensis salutem notum facimus quod hodie vigesima Februarii anno 1609. comparuerunt coram nobis honorabilis Jacobus de Hontoir Procurator coram Consilio Provinciali Urbis Naturensis, qua Mandatarius & Specialiter commissus & constitutus ad Faciendum & expediendum infra scripta a nobili Domina Domina Joanna Sterck Comitissa vidua de Biglia Domina de Farchinnes vidua quodam nobilis & generosi Domini Domini Ludovici Biglia Comitissae de Serena & la gerolle &c. olim Toparchae de Farchiennes Tergny &c. sicut per Instrumentum celebratum in domo dictae Dominae coram J. Dupont tanquam Notario & testibus ibi denominatis sub dato 4. praesentis Mensis hic infra insertum nobis apparuit ex una parte, & Philippus D'heur senior praelocutor coram D. D. Scabinis Leodiensibus partem faciens & infra scripta acceptans pro Honorabili Henrico de Harscamp armorum mercatore in urbe namurcens & Vincentio Moniot, qua Marito Domicellae Catharinae Bare uxoris suae antea uxoris quondam Henrici Faber etiam armorum mercatoris quoque namurci ex altera parte Ibidem dictus Jacobus de Hontoir adimplendo onus & commissionem sibi datam a dicta Domina de Farchinnes ita sicut consultus, ut ex sua pura voluntate renovaverit & reiteraverit Obligationem a dicta Domina factam erga dictos Harscamp & Moniot & ab eis causam habentes contentam in eodem Instrumento pro Securitate ipsis sequi Curandi redditum trecentorum florenorum brabantiae annuorum ibi mentionatorum quem dicta Domina per dictum Hontoir suum commissum & constitutum hodie transportavit coram Dominis Scabinis Leodiensibus in rem & favorem dictorum Harscamp & Moniot affectatorum & jacentium super terra Jurisdictione & Dominio de Montignii ad sabim, quod movetur in feudum a Curia feudali de Moriamie & super generalitate omnium aliorum bonorum feudalium & censualium praesentium & futurorum nobilis & Strenui Domini Domini Jacobi Tserclaes Equitis Toparchae dicti Montignii &c. & de quo dicto redditu dictus defunctus Dominus Comes de Biglia advestitus fuerat coram dictis Dominis Scabinis Leodiensibus ad reportationem quam illi fecit dictus Dominus de Montignii anno 1599. die 24. Novembris & coram dicta Curia feudali de Morialme die decima Martii & illos manutenere in fruitione dicti Reditus & illos garentisare erga & contra quoscunque & pro meliori Securitate praemissorum dictus Jacobus nomine & qualitate praedictis reportavit ad manus honorabilis Philippi de Bergh nostri praetoris eo in casu vice locumtenentis pro Nobili & honorato Domino Joane de Berlaymont Toparcha de la Chapelle supremo nostro locumtenente primo *Castrum terram Jurisdictionem & Dominium proventum annexa de Farchienne sita in districtu inter Sabim & Mosan* & generaliter omnia & singula sua alia haeredia census redditus & bona haereditaria dictae Dominae praesentia & futura quae moventur in feudum a dicta sua Celsitudine, ut ex defectu Solutionis & adimplementi Contentorum dictae obligationis possit haberi recursus secundum legem juxta & conformiter ad dictum

Instrumentum constitutionis data & distributa dicto de Hontotr per dictam Dominam id quod totum a dicto Philippo d'heur nomine quo acceptam fuit & ad ejus requisitionem in Custodiam legis repositum presentibus &c. & in fine signatum erat H. L. Meunier substitutus graffiarius per Registrum.

Num. 10.

*Extractum è Computu notato in dorso 6. Num. 4. Computus anni 1612.*

Fol. 1. Computus & reassignatio quam facit & reddit Guilielmus de Soye qua Ballivus & Receptor Nobilis & Generosa Domina Domina Comitissa vidua de Biglia Domina de Farchinnes & Tergny & integra administrationis quam habuit levavit & collegit (salvis & reservatis granis) censuum redituum & proventuum spectantium ad dictam Dominam tam in dicto Dominio de Farchinnes & Tergny quam circumcirca scilicet pro termino & spacio unius anni integri Inchoantis *prima Octobris 1611, & finientis simili die pro anno 1612.* inclusivè nec non expositorum factorum tam ipsimet Domina quam ad ejus exonerationem & liberationem in fine dicti computus signatum erat *Joanna Sterck comitissa vidua de Biglia & infra G. Desoye & sunt ad marginem tres alia signatura.*

Num. 11.

*Extractum è computibus Notatis Farchinnes 1613. pagina 1. Presentatum Domina Comitissa de Bucquoy per hunc Receptorem in Persona in ejus hospicio Bruxellensi 7. May 1614.*

Computus & reassignatio, quam cello & Potenti Domino Domino de Longueval Equiti vesteris aurei Comiti de Bucquoy Baroni de Vaux, Magno Ballivo Hannonia Capiteano Generali Rei tormentaria &c. administratori territorii & Domini de Farchinnes & Tergnies *per transportum & cessionem ei factam 22. Decembris 1612.* à nobili & Illustri Domina Domina Joanna Sterck comitissa vidua de Biglia dictorum locorum Farchinnes & Tergnies Domina facit ac Redidit Guilielmus de Soye ejus humilis & obediens Servus Ballivus & Receptor dictorum Farchinnes & Tergny respectu eorum omnium quæ manuplicavit exegit & recepit ex bonis, villis, reditibus & proventibus spectantibus ad dictum Dominium & territorium de Farchinnes & Tergny & circumcirca.

*Extractum ex eodem computu Fol. 24. verso.*

Dictus Receptor non reddit in hoc loco computus pro anno cesso in natalitiis 1612. quia Domina Comitissa vidua de Biglia reservavit in rem suam dictum reditum per suprafatum transportum & cessionem de 22. Decembris 1612. & est *Scriptum ad marginem* ita est attento dicto transportu.

*Ibidem Fol. 25. circa medium*

Dictus receptor non reddit hoc loco rationes pro anno cesso in die Sancti Andree 1612. qui terminus est hujus computus, quoniam dicta Domina comitissa vidua de Biglia reservavit in rem suam tam dictum reditum quam alios tres sequentes debitos super dicto Dominio de presles ideo hic in tribus Articulis subsequentibus nihil.

*Et Scriptum est ad marginem* ita est attento dicto transportu & cessione de 22. Decembris 1612.

*Ibidem Folio quod videtur fuisse 29. ad marginem*

Apparet ex contractu transportus & cessionis celebrato 22. Decembris

ris 1612. quod sua Excellentia debeat liberare Dominam Comitissam viduam de Biglia redditibus qui debentur liberis Domini d' ittre &c.

*Et eodem Folio verso ad Marginem.*

Per quittantias signatas Augustinus Linchart &c. constat ex contractu transportus & cessionis facto 22. Decembris 1612. quod census & redditus debiti Parocho & Ecclesie de Farchinnes sunt ad onus suae Excellentiae.

*Folio 38. ibidem sub finem primi §.*

Quo ad redditum qui vocatur *le Extorgis* &c. dictus Receptor non facit hoc loco Se Receptorem, quia Domina Comitissa vidua de Biglia receperat dictum redditum ante quam fecerit dictum transportum & cessionem Domino Comiti de Bucquoy, quamvis dictus Reditus sit comprehensus in illo transportu ergo hic nihil. *Ad marginem vero ita scriptum est.*

Ita est attentâ scedulâ Descriptionis sed, caveatur ut deducantur erga Dominam Comitissam viduam de Biglia super eo quod illi debetur ratione contractus transportus & cessionis de 22. Decembris 1612.

Signatum erat in fine dicti compulsi *Comitissa de Bucquoy & infra G. de Soye.*

Num. 12.

*Extractum è computibus Notatis Farchinnes 1614. Fol. 1.*

Præsentatum Dominae per Receptorem personaliter præsentem, assistente Domino Antonio de mel Ballivo de Bucquoy in urbe Bruxellensi 18. Novembris 1624.

Fol. 1. Computus & reassignatio quam celso & potenti Domino Domino Carolo de Longueval Equiti ordinis velleris aurei Comiti de Bucquoy Baroni de Vaux magno Ballivo Hannoniae Capitaneo generali Rei tormentariae &c. administratori territorii & Domini de Farchinnes & Tergny per transportum & cessionem quem ei fecit die 22. Decembris 1612. Nobilis & Illustris Domina Domina Joanna Sterck Comitissa vidua de Biglia Domina dictorum Farchinnes & Tergny, facit & reddit Gullielmus de Soye ejus humilis & obediens servus Ballivus & Receptor dictorum Farchinnes & Tergny pro omni eo quod manuplicavit exegit & recepit ex bonis, villis redditibus & proventibus spectantibus ad dictum Dominium & Territorium de Farchinnes & Tergny & circumcirca, nec non de eis quæ desuper exsolvit & tradidit à die Sancti Remigii 1613. usque ad vigiliam Sancti Remigii sequentem 1614. inclusivè id est pro termino illius anni integri &c.

*Item Folio 20. ad marginem.*

Dictus Reditus hic pro nihilo reputatur quia non est de appendicibus territorii de Farchinnes nec comprehensus in contractu de 22. Decembris 1612.

*Idem folio 39. verso in fine.*

Hi computus sic facti saldati & fixi sunt in dicta urbe Bruxellensi die 21. Novembris 1614. signatum *Comitissa de Bucquoy & infra G. de Soye*

Num. 13.

*Extractum è computibus Notatis Farchinnes 1615.*

Pagina 1. Præsentatum Bartholomeo Cornet juxta Epistolam Domini 15. Aprilis 1616. per Receptorem personaliter in castro de Farchinnes.

Computus & reassignatio quam celso & potenti Domino Domino Carolo de Longueval Equiti Ordinis Velleris Aurei Comiti de Bucquoy Baroni de Vaux Magno Ballivo Hannoniae Capitaneo generali Rei tormentariae

taria &c. administratori territorii & Domini de Farchinnes & Tergny per transportum & cessionem quam ei fecit die 22. Decembris 1612. Nobilis & Illustris Domina Domina Joanna Sterck Comitissa vidua de Biglia Domina Dictorum Farchinnes & Tergny, facit & reddit Guillelmus de Soye ejus humilis & obediens Servus Ballivus & Receptor Dictorum Farchinnes & Tergny pro omni eo quod manuplicavit exegit & recepit ex bonis, villis reditibus & proventibus Spectantibus ad dictum Dominium & territorium & circumcirca, nec non de eis quæ desuper exsolvit & tradidit à die Scti Remigii 1614. usque ad vigiliam Sancti Remigii sequentis 1615. inclusive &c. signatum erat in fine dicti computus B. Cornet & infra G. de Soye.

Num. 14.

*Extractum è Computibus Notatis Farchinnes 1616.*

Præsentatum suæ Excellentie per Receptorem personaliter in urbe Bruxellensi decimâ May 1617.

Fol. 1. Computus & reassignatio quam celso & potenti Domino Domino Carolo de Longueval Equiti Ordinis Velleris aurei Comiti de Bucquoy Baroni de Vaux Magno Ballivo Hannoniæ Capiteo generali Rei tormentaria &c. Administratori territorii & Domini de Farchinnes & Tergny per transportum & cessionem quam ei fecit die 22. Decembris 1612. Nobilis & Illustris Domina Domina Joanna Sterck Comitissa vidua de Biglia Domina dictorum Farchinnes & Tergny facit & reddit Guillelmus de Soye ejus humilis & obediens Servus Ballivus & Receptor dictorum Farchinnes & Tergny pro omni eo quod manuplicavit exegit & recepit ex bonis villis, reditibus & proventibus spectantibus ad dictum Dominium & Territorium & circumcirca nec non de eis quæ desuper exsolvit & tradidit à die Sancti Remigii 1615. usque ad vigiliam sequentem Sancti Remigii 1616. inclusive &c.

Signatum erat in fine per Computum sic factum Clausum Saldatum & acceptatum in dicta urbe Bruxellensi undecimâ May 1617. signatum Comitissa de Bucquoy & infra G. de Soye.

Num. 15.

Testamentum Dominae Joannæ Sterck

*In Nomine Domini Amen*

Tenore publici hujus Instrumenti Cunctis sit uotum, quod anno ejusdem Domini nostri Millesimo Sexcentesimo Vigesimo octavo Mensis Novembris die decimâ quartâ. Ego Joanna Sterck Comitissa vidua de Biglia, Stans, ambulans & rationabiliter Sana Corpore, fruens meis Memoria quinque Sensibus & intellectu, considerando fragilitatem naturæ humanæ & quod nihil sit certius quam mors, nec incertius quam hora illius & noleas ex hoc Mundo discedere priusquam sine prævia dispositione bonorum meorum temporalium, ideo in vim duarum diversarum Licentiarum impetratarum una à consilio privato Domini nostri Regis sub dato 21. Octobris millesimo sexcentesimo secundo (signatum Berty) & altera à Consilio Brabantia sub dato septimæ Novembris millesimo sexcentesimo secundo (Signatum Piermans) de mea propria & libera voluntate feci & mandavi sequentia quæ omnia volo ut locum habeant & suos effectus sortiantur sicut Testamenta omnium aliorum Christianorum ex hoc mundo discedentium suos effectus sortiri debent non obstantibus omni contradictione consuetudine privilegio & jure municipali, quod quocumque modo adversari posset, quibus ad effectum præsentium derogo.

Reli.

*Reliqua etiam omittantur ut hic superflua usque ad finem dicti Testamenti qui est talis.*

Nihilominus mihi reservando quo ad præmissa facultatem & potestatem semper ibidem addendi, diminuendi mutandi & corrigendi toties quoties mihi videbitur. In quorum fidem hanc meam ultimam voluntatem meam propriam manu signavi. signatum erat *Joanna Sterck* infra erat conformis cum Testamento sigillato originali defunctæ *Dominæ Joannæ Sterck Comitissæ viduæ de Biglia* quæ ex hoc mundo decessit *quintâ Februarii millesimo sexcentesimo vigesimo nono* in Domo sua propè Ecclesiam de Capella in hac urbe *Bruxelleni*, quod fuit apertum eadem die à *Domino Pastore dictæ Ecclesiæ* in præsentia *Dominorum executorum & aliorum & hæc copia* reperta fuit conformis de verbo ad verbum per me *Petrum Vandermeulen* Notarium publicum admissum in Consilio suæ Regiæ Majestatis Ordinato in *Brabantia Residente Bruxellis* quod attestor *P. Vandermeulen* Notarius.

Num. 16. 17.

*Philippus &c. Universi &c.* cum hodie data præsentium Comparuerit in nostro magno Consilio coram nonnullis nostris Consiliariis ad hoc commissis & deputatis *Magister Ludovicus Spillebant* Procurator ibi postulans nomine nostri *Carissimi & fidelis cognati Domini Alberti de Longueval comitis de Bucquoy &c. Equitis Velleris aurei* qui comparens ibi exhibuisset quoddam Instrumentum & pactum transactionis factum & gestum coram *Petro Abbrassart* Notario in urbe *Montensi* in præsentia hominum feudalium tanquam testium ibidem denominatorum *23. Septembris 1641.* inter dictum comitem ex una parte & *Magistrum Philippum Godefridi Sacræ Theologiæ Licentiatum* qualitate ibi expressa ex altera cujus tenor sequitur de verbo ad verbum. Coram me *Petro Abbrassart* Notario admissio per *Dominum supremum Ballivum Hannoniæ* etiam in præsentia *Antonii & Ludovici de Novelles Fratrum* tam in qualitate hominum feudalium *Comitatus Hannoniæ & Curia Montibus* tanquam testium comparuerunt *Celsus & potens Dominus Dominus Albertus de Longueval Comes de Bucquoy & de Cratzen Baro de Vaux & de Rosemberg &c. supremus Ballivus Capitaneus generalis & supremus officiatuſ Patriæ Hannoniensis* ex una parte & *Magister Philippus Godefridi S. Theologiæ Licentiatuſ & Pastor in Braine Lalleud* ex altera, quæ Procurator sufficienter Constitutus ad *infraſcripta à Magistro Joanne Cobbelgiers etiam S. Theologiæ Licentiatuſ Plebano Sancti Petri Lovanii* tanquam *Provisore Collegii de Standonck* in universitate *Lovaniens,* & *Magistro Adriano Vandenzande presbytero & Præfide dicti Collegii* qui Sponponderunt pro *Reverendo Patre Christophoro Vanheetvelde Priore Carthusiæ Lovaniensis & etiam proviſore dicti Collegii* absente de qua procuratione gesta tertia hujus Mensis coram *Notario Legius* ipse Comparens deçuit deinde exposuit, quod sub *Nominibus provisorum & Præfidis dicti Collegii de Standonck* lis pendeat *indecisa* coram *supremo Consilio Regis Mechliniæ* ubi actores erant ad obtinendam solutionem summæ *tedecim millium florenorum Brabantiz* semel, in vim Testamenti & donationis factæ per *Dominam Joannam Sterck viduam quondam Domini Comitis de Biglia Toparchæ de Farchinnes &c.* in rem dicti Collegii de *Standonck & aliorum titularum* in dicta lite mentionatorum, quæ manebit *extincta & sopita* æquæ ac omnes expensæ compensatæ *mediantibus clausulis & promissis infraſcriptis* *Primo* meus dictus Dominus promisit numerare *secundo* comparenti summam *trecensorum florenorum*

promptè sicut etiam solvere de anno in annum Præsidi dicti Collegii vel ejus Constituto similem summam trecentorum florenorum cessurorum pro prima vice intra annum à data hujus & sic continuare quamdiu Bellum durabit inter Coronas Hispaniæ & Galliæ in hoc Belligio & adveniente pace vel induciis non brevioribus quam ad novem annos, ipse Dominus Comes in hoc casu tenebitur solvere mille florenos singulis annis durantibus quatuor primis annis post publicationem illius pacis vel induciarum, & residuum de post solvetur per duo millia florenorum (monetæ semper Brabantinæ) singulis annis usque ad implementum summæ totalis dictorum sedecim millium flor. Brabanticæ, ad quod meus dictus Dominus Comes se obligavit & omnia sua bona præsentia & futura ubicumque sita sint specialiter Dominia de Farchiennes & Tergnies, pro ut sua bona Brabantica per modum hypothecæ constituendo omnes præsentium latores ad realisandum præsentem contractum super dictis bonis coram omnibus curiis & justitiis ubi pertinebit etiam ad consentiendum voluntariæ condemnationi coram dicto supremo consilio promittendo &c. obligando & Jurando in forma, quod totum acceptatum fuit à dicto secundo Comparente qui Reciproce cecit Promissiones requisitas ex sua parte sic actum vigesima tertia Septembris anno 1641. Montibus Hannoniæ in domo dicti Domini Comitis signati erant *Bucquoy P. Godefridi P. Abbrassart Notarius 1641. A. de Noyelles & L. de Noyelles 1614.* Post Lecturam cujus Instrumenti dictus Spillebant tanquam lator ejus & in vim procurationis ibi insertæ consensit & concessit dictum Dominum de Bucquoy condemnari ad manutentionem & observantiam contenti in eo juxta suam formam & tenorem & nostras Litteras patentes eâpediri, id quod nomine & ex parte Magistri Philippi Godefridi qualitate quâ ab uno graffiariorum nostri supremi consilii acceptatum fuerit & Decretum requisitum Notificamus, quod viso & visitato in hoc nostro dicto supremo consilio supradicto instrumento & omnibus consideratis, nos cum matura deliberatione decernentes consensum & acceptationem ut supra condemnavimus & per præsentem condemnamus dictum Comitem de Bucquoy in manutentionem & observantiam contentorum in eo juxta sui formam & tenorem in Testimonium &c. Datum &c. 17. Novembris anno salutis millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo & Regnorum nostrorum trigesimo septimo Post collationem factam cum minuta originali reposita in actuariatu supremi Consilii suæ Majestatis & cum transactione originali ibidem alligata hæc copia reperta est conformis per infrasignatum Secretarium ordinarium Imperatoris & Regis & actuarium dicti supremi consilii actum Mechliniæ quinta Decembris 1737. signatum erat P. Dutricu & à latere erat appositum sigillum Cæsareæ Majestatis in hostia rubra subimpresum.

#### Num. 18. & 19.

Edictum publicatum ad Peronem Leodiensem sub sono Tubæ 6. Aprilis 1686. præsentibus nobili & generoso Domino Gerardo Assuero Barone de Horrion Toparchâ de Colonster &c. supremo Leodiensi Pratore & nobilibus Dominis Walthero de Rossius Toparcha de Bellaire &c. Francisco Vandesteen Toparcha de laive in Hesbania Scabinis Altæ & supremæ Justitiæ Civitatis & patriæ Leodiensis, Maximilianus Henricus Dei Gratia Archi Episcopus Colonienfis S. R. J. Princeps Elector Archi Cancellarius per Italiam & S. Apostolicæ sedis legatus natus, Episcopus & Princeps Leodiensis & Hildesheimensis administrator Bergelesadensis Dux utriusque Bavarie supe



superioris Palatinatus Westphaliæ Angariæ & Bullonii Comes Palatinus  
Rheni, Lantgravius Leuchtenbergensis Marchio Franchimontensis, Comes  
Loffensis & Hornensis &c.

Articulus 32.

Transiendo ab œconomia & politia ad puncto aliqua justitiæ cupiendo  
prævenire quantitates litium super existentia valore aut non valore Fideicom-  
missorum non insinuatorum coram Justitia competenti Statuimus, ut nullum  
Fideicommissum temporarium aut perpetuum, etiam titulo majoratûs ha-  
beat locum ad Exclusionem Creditorum qui contraxerint cum hæredibus  
fiduciariis & eorum successoribus cujuscumque sint qualitatis & conditionis, &  
acquisierint Jus hypothecæ super bonis Fideicommissis subjectis cujuscum-  
que naturæ esse possint, qui præferendi erunt omnibus prætendentibus sub  
titulo Fideicommissi, attento quod sine publicatione non debeant nec possint  
producere ullum effectum exclusivum bonæ fidei & Juris gentium.

Articulus 33.

Et ut melius ea, & uniuscujusque bonum Jus conserventur, volumus  
ut omnia Testamenta pacta dotalia & omnes alii Contractus, quibus aliqua  
bona in hacce patria Leodiensi Ducatu Bulloniensi comitatu Loffensi & aliis  
terris iisdem annexis & dependentibus Fideicommissis subjecta forent, im-  
posterum sint insinuata & Registrata in Secretariatu Ordinum nostrorum  
in nostra civitate in uno volumine ad hoc unice destinato, nè nostri fideles  
subditi & omnes Interesse habentes ista cognitione indigentes cogantur diva-  
gari apud plures Secretariatus & pervolvere plurima Registra multis ex-  
pensis.

Articulus 34.

Volentes etiam providere ne Fideicommissarii eorumque substituti  
& omnes Interesse habentes ad bona Fideicommissis subjecta sint plus æquo  
gravati insinuando Testamenta & alios actus Fideicommissarios statuimus  
ut grassarii nequeant accipere quidquam ultra Jura simplicis Registrationis  
qualia grassarii scabinorum nostræ supremæ Justitiæ soliti sunt recipere sub  
pœna concussionis ut supra.

Articulus 35.

Quod si aliqui ex iis bona fide procuraverint Registrationem suorum  
Fideicommissorum in actuariatibus Justitiarum ordinariorum debebunt eo-  
rundem extractum & simplicem notulam postulare à Justitia vel actuariatu  
loci, ubi insinuatio facta est, quæ eis debet concedi incessanter median-  
tibus juribus simplicis copiz ad eam reproducendam & Registrandam in uno  
Registro particulari pro feudis apud dictum Actuariatum ordinum nostro-  
rum ad effectum ut omnia Fideicommissa videri possint in eodem actuariatu.

Articulus 36.

Et ista insinuatio fieri debet quam tardius intra annum à publica-  
tione præsentium, quo ad Fideicommissa ante hac Stabilita, Quo vero ad  
ea quæ deinceps Stabillentur mox ab institutione eorum Alioqui non habitura-  
vim nisi à die insinuationis eorundem *ita ut ei qui interea contraxerint  
cum possessoribus bonorum Fideicommissis subjectorum præferendi sint om-  
nibus ad prædicta bona per Fideicommissum vocatis.*

Et in fine post alios ejusdem Edicti Articulos scriptum erat datum in  
urbe nostra Bonnæ duodecimâ Martii 1686. signatum Maximilianus Hen-  
ricus Elector Coloniensis & infra Duras ut deinde P. W. Schonheim  
& Locus Sigilli. Num.

Num. 20.

Nos infrascripti Trium Patriæ Leodiensis & Comitatus Lossensis Ordinum Secretarii Testamur tenore præsentium, quod Regulamentum seu Edictum Serenissimi quondam Principis Maximiliani Henrici è ducibus Baviaræ Episcopi & Principis Leodiensis sub data sexta Aprilis 1686. §. 32. & sequentibus concernentibus insinuationem Fideicommissorum & descriptionem quorumcumque Instrumentorum eadem Fideicommissa concernentium in uno particulari Registro faciendam sit & fuerit ab isto tempore in viridi usu & observantia, in superque revolutis & diligenter inspectis hujusmodi Registris ab eo tempore usque ad annum 1733. testamur nullum in eis invenisse descriptum documentum vel Instrumentum quod concernat cast- rum & bona de Farcienne & Tergnies in quorum fidem præsentis signaturis & sigillis nostris Munivimus datum Leodii hæc duodecimâ Februarii 1739. signatum erat *E. de la Naye, Lamb. Groutars H. M. J. Dumoulin* & apposi- ta erant eorum sigilla in cera rubra subimpressa.

Num. 21.

Extractus Realisationis factæ anno 1733. decimâ sextâ Aprilis ad instantiam Domini Comitis de Bathiani de donatione facta anno 1608. 17. May, realisata in curia feudali Leodiensi de 17 Augusti 1610. apud Ordines Patriæ Leodiensis.

Anno 1733. Mensis Aprilis 16. die Comparuit in Secretariatu Domi- norum meorum Trium Ordinum Patriæ Leodiensis & Comitatus Lossensis Remigius Franciscus Gerardi, qui ad nos retulit copiam authenticam Do- nationis cessionis & transportationis factæ per nobilem Dominam Joannam de Sterck Dominam de Farcienne in favorem & commodum nobilis Do- mini Alberti de Longueval realisatam coram superiori curia feudali Leodiensi 17. Augusti 1610. (id quod totum infra inseretur) ad effectum eam in- sinuandi & Registrandi id quod fecimus conformiter ad Resolutiones cap- tas à præfatis Dominis meis ordinibus in dieta de anno 1685. & Edictum Principis Felicis memoriæ Maximiliani Henrici Securum & publicatum 6. Augusti 1686. jure tamen cujuslibet salvo. Sequitur Tenor dictæ dona- tionis cessionis & transportationis.

*Hic omittitur iste Tenor, infra autem scriptum erat,*

Et fuit repositum in custodiam, deinde signatum *A. de Gaverelle, Lamb. Groutars & H. M. J. Dumoulin.*

Num. 22.

Universis præsenres Lecturis & auditoris nos locum tenens & Consiliarii supremæ curiæ feudalis suæ Celsitudinis Episcopi & Principis Leodiensis Salutem notum facimus quod *Hodie vigesima octava Junii millesimo septin- gesimo trigesimo* Comparuit coram nobis Henricus Ludovicus Meunier qui effectuando onus sibi datum à sua Excellentia Celsa & potenti Domina Maria Philippina nata Principissa de Longueval Comitissa de Stubick per actum gestum vigesimâ sextâ Currentis coram G. de Bleret tanquam Notario qui subinsertus erit, renovavit & per omnes solemnitates requisitas realisa- vit actum donationis factæ per suam dictam Excellentiam in favorem Illust- rissimi Caroli Josephi Comitis de Stubick, Comitis de Bucquoy sui Conjugis Totum conformiter dicto actui qui sequitur & est talis. *Hodie vigesima sexta Junii anno millesimo septingentesimo trigesimo* sua Excellentia celsa & po- tentis Domina Maria Philippina nata Principissa de Longueval Comitissa de Stubick

Stubick coram nobis Notario & Testibus infrascriptis Comparens, quæ volens pate facere Domino Carolo Josepho Comiti de Stubick comiti de Bucquoy benevolentiam intimi amoris sensum & sinceram amicitiam suam quam habet erga Dominum sponsum suum & præterea in remunerationem variorum officiorum ab illo in hunc usque diem acceptorum declaravit se in sequelam Octroix à sua Illustrissima Celsitudine Episcopo & Principe Leodiensi duodecimâ Janii 1725. obtentæ donare per modum donationis inter vivos & irrevocabilis castrum & Toparchias de Farchinnes & Tergnies tam feudalia quam allodialia cum censibus redditibus, pratis terris, feudis annexis & connexis dicto Domino suo sponso præsentanti, ut dictus Dominus de præsentanti illis fruatur & de illis disponat ad suum libitum tanquam de propriis suis bonis, dando eidem Domino plenam facultatem accipiendi auctoritate sua privata illorum possessionem, ea lege ut si dictus Dominus Comes dictæ Domine donatrici præmoreretur dictum castrum & Toparchiæ revertentur ad prædictam Dominam Donatricem, & ad præmissa renovandum & realisandum coram Curiis ubi opus erit, dicta Domina Constituit quoscumque latores. Actum & gestum in cubiculo superiori hospitii aquilæ nigræ in feronstree sub parochia Sancti Andrea Leodii sitis præsentibus ibidem Honorato Domino Joanne Andrea de Larmoyer Advocato Fiscali dictæ suæ Illustrissimæ Celsitudinis Episcopi & Principis nostri & Domino Joanne Frenay tanquam testibus ad hac vocatis & requisitis, qui cum dicta Domina Donatrice & Domino Comite Minutam hujus originalem signaverunt signatum G. de Bleret Notarius Curie Episcopalis Leodiensis ad præmissa requisitus in fidem subit. id quod totum Honoratus Dominus Joannes Franciscus de Bartoldy Juris consultus & vicelocumtenens hujus curiæ pro nobili & Generoso Domino Guillelmo Dominico Doyembrugge ex Comitibus de Duras Barone de Roost &c. nostro locumtenente in custodiam repositum &c.

Et in fine signatum erat Guil. A. de Hassinelle per Registrum.

*Sequitur Tenor Instrumenti donationis de 1616. de qua multus Sermo in actis.*

Hâc die vigesimâ septimâ Mensis Augusti 1616. coram me Laurentio Sanders Notario & Tabelhione publico serenissimarum suarum Celsitudinum admissio Residente in hac aula & urbe Bruxellensi, nec non testibus infranominatis comparuit in propria Persona nobilis & Illustris Domina Domina Joanna Sterek Comitissa vidua de Biglia Domina de Farchinnes & Tergnies &c. quæ comparens ex sua pura & libera voluntate & absque ulla coactione declaravit & agnovit declarat & agnoscit quomodo propter magnam suam affectionem erga D. Albertum de Longueval Filiolum suum primum Filium Domini Caroli de Longueval Equitis Ordinis Velleris aurei Comitis de Bucquoy & Domine Magdalene de Biglia ejus conjugis, eidem per Contractum gestum coram consulibus & Scabinis dictæ urbis Bruxellensis donaverit in purum Donum irrevocabile & per modum donationis inter vivos Castrum & Dominium de Farcienne & Tergnies tam feudale quam allodiale cum censibus juribus pratis terris & fundis eo spectantibus in illa extensione & taliter qualiter defunctus Dominus Ludovicus Comes de Biglia Maritus suus eadem acquisivit & de eis investitus fuit coram curia Feudali Leodiensi jam tum à die penultima Decembris 1596. & quod ab ista die defunctus Comes Ludovicus maritus ejus pluribus & variis vicibus fecerat varias & plures emptiones in dicto Farchinnes & Tergny & circumcirca tam

Colo.

coloniaram domorum hortorum agrorum pratorum, sylvarum reddituum censuum & redemptionum onerum quibus dicta bona erant gravata, Quorum partium acquisitavum a die penultima Decembris 1596. dicta vidua comparens sibi servaverat proprietatem & facultatem disponendi in favorem sui benevisi ad eis fruendum post mortem suam; Considerans, quod omnes illa partes posterius acquisita sunt circumseptae partibus primae emptionis, & difficulter possint separari, & quod separatae ab in vicem non forent tanti valoris, & ut Jura & autoritas dictorum Dominiorum melius conserventur donavit & donat per praesentes dono inter vivos & irrevocabili dicto Domino Alberto de Longueval filiolo suo filio dictorum Domini Comitis & Dominae Comitissae de Bucquoy omnes & singulas partes Coloniaram domorum hortorum agrorum pratorum sylvarum reddituum censuum & redemptionum, quas dictus Comes Ludovicus de Biglia suus maritus acquisivit a die penultima Decembris 1596. Ut dictis Terris & Dominiis de Farchinnes & Tergnie *in prima Donatione Comprehensive* simul ac omnibus dictis partibus praefatus D. Albertus ex nunc in posterum fruatur utatur & gaudeat tanquam de suo proprio *in vim hujus Donationis* id quod dictus D. Carolus de Longueval Comes de Bucquoy Pater dicti D. Alberti donatarii specialiter Comparens acceptavit &c.

*Reliqua omittuntur ut inutilia*

Designatio Causae & effectus Novorum productorum.

- Num. 2. Probat Procuratorem adversum scivisse quod attentandis purgandis ante omnia inhereret appellans.
- Num. 3. Probat Calumniam allegatae ex adverso devastationis sylvarum.
- Num. 4. Probat D. appellatum colligantem successisse Dominae aviae suae saltem pro parte, haec autem Testamento suo prohibuit, ne appellans ulterius molestaretur ratione donationis hic contentiosae.
- Num. 5. Probat novum attentatum ex adverso Commissum per appellati Mandatum & 6. tarium adhuc in Januario 1739.
- Num. 7. Sententia adversus quam Implorata est Restitutio.
- Num. 8. Pacta dotalia sine die & Mense, realisata tamen Leodii, unde probatur quod realisatores vel descriptores nihil curent de legalitate Instrumenti.
- Num. 9. Instrumentum de anno 1609. quo probatur Joannam Sterck illo adhuc anno obligasse Dominia de Farcienne & Tergnies, unde inferitur non erenisse anno 1608. donationem ex adverso jactitatum.
- Num. 10. Probant per originalia computuum nunc producta, Joannam Sterck 11. 12. 13. fecisse aliquam donationem 22. Decembris 1612. in rem Alberti de Longueval, quoad certas partes bonorum suorum quas Albertus cepit ex tunc possidere, usque dum omnia habuit, vi contractus de anno 1616, & hinc adhuc 14. excluditur contractus de anno 1608.
- Num. 15. Ex hoc adjuncto probatur, Joannam Sterck supervixisse etiam post annum 1612. & 1616.
- Num. 16. 17. Continent obligationem factam per Albertum, de bonis de Farcienne pro summa sedecim millium florenorum anno 1641. ultra alias prius exhibitas, quae tollunt omnem verisimilitudinem Fideicommissi impositi per Joannam.
- Num. 18. 19. Edictum Leodiense statuens quod Fideicommissa non Registrata apud Ordines Patriae non impediunt remalienari.
- Num. 20. Probat observantium Edicti.
- Num. 21. Probant Fideicommissum reclamatum non fuisse Registratum apud Ordines Patriae & 22. ante annum 1733. Dominium autem appellanrem Jus habuisse ab anno 1730.



Kaspel  
 C. 17. II.  
 4. 1. 11. 11.  
 2. 4. 11. 11.  
 4. 11. 11. 11.  
 11. 11. 11. 11.



**Op**CARD 201

© SUB GÖTTINGEN/GDZ